Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Schede

Jambi Paramythici in Salutiferam Jesu Nazareni in cruce pendentis & pro nobis vadimonia obeuntis Passionem

Rostochii: Richelius, 1649

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745856748

Druck Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745856748/phys_0001
DFG

12a 13

~~13 10.~~

Fm 4155.

571

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745856748/phys_0002
DFG

JAMBI PARAMYTHICI in Salutiferam JESU NAZARENI in cruce pendentis & pro nobis vadimonia obeuntis PASSIONEM:

Autore
M. GEORGIO SCHEDIO,
Illustris Scholæ Gustrovienſis
Rectore.

Cum Indice Verborum & Rerum copioſiſſimo.



Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

ROSTOCHII,
apud JOHANNEM RICHELIUM, Typographum Senatorium ANNO 1649.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745856748/phys_0009
DFG

ILLUSTRISSIMO CELSISSIMO ET RE-
VERENDISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DNo. GUSTAVO ADOLPHO,

DUCI MEGAPOLITANIÆ, PRINCIPI VANDALIÆ, Postulato Administratori Episcopæ Razeburgensis, Comiti Sverini, Dynastę Rostochii & Stargardiæ,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

Gratiam, Pacem & Incolumitatem in CHRISTO, in cuius CRUCE fundata nititur unica & perpetua nostra Salus.

ILLustrissime Princeps, Domine Clementissime, CHRISTUS, generis humani, fraude Draconis Cocytii à Consortio, qvod ipsi intercedebat cum DEO & Sanctis Angelis, avulsi assertor unicus O. M. Philanthropus certissimus, cum variis sese in diversis S. Scripturæ locis comparat. Alicubi enim se nominat hominem sementem facientem; Patrem alibi familiàs industrium, vineæ suæ de operariis prospicientem; nunc Regem, qvi Sponsam in matrimonium ducat, solicitum; nunc Sponsum, cui obvient fideles, sub imagine Virginum, lampades oleo instructas habentium: modò hominem divitem, à suo Dispensatore rationem villicationis exigentem. Aliis alibi se comparat, qvæ brevitatis

tis causâ in medio jam relinqvo. Ante autem paulo, qvàm arduum redemptionis humanæ opus erat aggressurus, stitit semet nobis considerandum sub jucundissima hominis, non alicujus de fæce vulgi, sed nobili sangvine prosati icone. Homo, inqvit (Luc. 19, 12.) qvidam generosus, regnum sibi acqvisiturus, regiones adibat remotiores, in suam terram, expeditis fideliter expediendis, reversurus. Hic homo omnium, qvos Sol, mundi oculus lucidissimus unqvam aspexit, speciosissimus & generosissimus, cui nemo vel generis prosapiâ vel gratia in labiis diffusâ se comparare, qvoad hæc mundi machina stetit & stabit, ausus fuit, aut audebit; cùm DEUS esset, è fastigio & nobilitate Deitatis se demisit, ut tamen divinitatis & nobilitatis excellentiæ nihil decederet. Demissurus autem se hic Generosus ex throno Majestatis celsissimo in profundissimam calamitatum symplegadem, omniumqve ærumnarum charadram, divertit omnium primo in angustissimo Matris suæ ἀειπαρθένου utero, ibiq; è purissimis ejus sangvinibus, sine virili semine, à Spiritu Sancto mundatis & sanctificatis, Naturam humanam integram sive totam, i.e. carnem humanam & animam rationalem, cum omnibus conditionibus seu proprietatibus, facultatibus & appetitionibus, naturæ propriis & ordinatis; non vitiosam, sed peccati expertem, in corruptam & sanctam; in qva tamen infirmitates, qvæ ut pœnæ propter peccatum in naturam nostram ingressæ sunt, volens, sed sine omni vitio assumpsit, ut recte & pie B. Chemnit. (loc. de duabus Naturis in Christo cap. 3. f. 12. b. & f. 19. b.) Factum hoc ut certissimum nobis esset

pignus de reparatione totius nostræ naturæ corruptæ, cujus curam ipse noster Medicus, dato certo documento suscepit, eamq; totam assumptam in seipso, tanqvam in capite primum reformavit, & quasi refinxit. (vid. Clar. Cundisium in notis ad Comp. Theol. B. Hutt. loc. 3. qv. 7. pag. 181.) Ex hoc diversorio angusto simul & augusto egressus Ægyptum, monitore Angelo, ductore vero Josepho Patre Curæ, & Matre semper Virgine petere cogitur, lanienam Herodis Ascalonitæ declinaturus, commorandi diversorium ei præbente Hermopoli, sic dicta à Mercurio, qvem inter alia idola venerabantur. A morte Herodis regressus in Galilæam cum Parentibus habitavit Nazarethæ, donec audito Johannem ab Antipa carceris factum esse colonum ob peccati in fratris Conjuge commissi reprehensionem, cum Matre Capernaum inhabitare cæpit. Docens hoc ipso omnes, ne ingeramus nos temerè tentationibus, sed potius subducamus, si detur occasio; sin incidérimus, feramus. (Theophyl. in Matth. c. 1. v. 14. f. 38, b.) Qvia autem ultima pars vitæ ipsius potissimum consecrata fuit pergrinationibus, ut docendo & miracula edendo cœtum sibi colligeret sanctum, tota illa peregrinatio nomine hospitii digna vix censetur, præsertim cum ipse locum, ubi caput suum reclinaret, sibi deesse conqveratur. Sanè qvi modò hic, modò alibi est, nullibi dicitur esse, cum certa habitatione destituatur. Donec tandem perfecto, ut cum Theophyl. supra cap. 19. 12. Lucæ f. 94. b. loqvar, mysterio dispensationis incarne, regionem illam longinqvam, undè ante 33. annos cùm semestri nos redempturus venerat, post opus redemptio-

ptionis arduum absolutum repetiit, regnum gloriæ occupavit, ut qvà homo in dextra throni magnificentiæ cum carne nostra sederet, nobisqve mansiones in domo Patris sui pararet, ut ubi ille jam est, etiam nos post exuvias mortalitatis depositas, simus & æterno gaudio cum ipso perfruamur. Hoc diversorium cum nulla miseria, nullo dolore, exilio nullo est conjunctum, nulla ibi beatos esuries premet, non sitis affliget, non percutiet æstus & Sol, Apoc.7,16. DEUS enim erit omnia in omnibus absolutâ suâ potentiâ, & nos in DEO solo & unico fine ullis aliis mediis & adminiculis cuncta ad beatitudinem æternam necessaria habebimus; omnia tenebimus, singulorum electorum nomina callebimus, Deo suâ potentiâ illam benignam & misericordem facultatem præstante. Ad hoc diversorium viam nobis monstrat, & ut consequamur omnes molestias removet qvotidiana & devota dulcissimæ concionis, ante paulo à Christo ad Discipulos habitæ, qvàm se Judæis ligandum in horto sisteret, meditatio: Removet omnia sentitia, & qvicqvid præterea Pietati moræ esse videtur, Passionis Dominicæ freqvens lectio, seriaqve & ardens consideratio. Hæc ante jam 27. annos, cum propter Confessionem Evangelii de CHRISTO Rectura Scholæ Commodaviæ in Bohemia exuto Patmos GRUPPÆ, Civitate metallica, mihi colenda esset, tristitiem animo subindè obortam excutiebat, & peregrinationis meæ molestias levabat. Cæpitqve adeo placere, ut Jambis eam Senariis, velut ultimam in his terris sed violentam, ex parte vero Christi voluntariam peregrinationem ad Sepulcrum, è Saxo integro excisum, delineare incipe-

rem, nec non doctrinas singulis partibus utiles, succinctis comprehensas precatiunculis attexerem. Ex re magis Christiana fore arbitratus, lytron tam nobile, & Lytrotam nobilissimum labiis meis & stylo, pro modulo divinitùs mihi concesso prosequi, quàm si fabellas Ovidianas, historias Livianas, sententias Aristotelis, Theophrasti, Porphyrii, Simplicii; insuper medicorum, Hippocratis, Galeni, Avicennæ Physicas & medicas disputationes; Dioscoridis materias medicas CHRISTO, Mariæ, Christiq; Discipulis applicarem. In his olim sub Papatu conscribendis summi Doctores & Præceptores, (sunt verba Clariss. Neandri in theol. Christ. tit. de Antichr. pag. 352.) quæ tamen meræ erant nugæ, & magna magnorum Doctorum deliramenta; temporis multum insumebant: & quia tanta volumina annorum vix triginta spacio conscripta non reperiebant, qui sumptus suppeditaret, Romani ipsius Pontificis sumptibus in inopia Chalcographorum fuere descripta. Nobis, affaniis hisce missis, PASSIO CHRISTI placuit, nec saltim nobis, sed & aliis Viris præclaris P.P. Academicis, aliisq, nominis magni Theologis, & insignis doctrinæ Viris, quorum nonnulli suis hic tesseris relictis jam pridem hoc JESULI nostri Lytro, fulri beatè obdormierunt: quidam adhuc superant, & ut Ecclesiæ, Scholis, bonoq; publico diu superstint, DEUM ὁλοψύχως rogo.

Vestræ autem Celsitudini, Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, meum hoc Passionale Jambicum dedicare volui, quòd huic materiæ, per se piæ, dignitatem non parvam ex illustri ipsius titulo & Nomine præfixo accessuram putarem: tùm, quod vestra Humanitate

nitate eximia, ex literis politioribus resiliente, Viriq; Principis Virtutes heroas non modicè augente fretus Vræ. Illustrissimæ Celsitudini non ingratam dedicationem hanc fore mihi persvaderem. Et qvod maximum. Videbam pertransennam qvasi viarum anfractus, & varia variorum locorum diverticula, qvæ V.I.C. iter facturo hospitium essent præbitura: his & aliis nullum præsentius præsidium & antidotum opponi posse videbatur, qvàm Domini Jesu Passio, cujus pia meditatio est à peccatis avocatio, Pietatis exhibitio, periculorum, & qvicqvid vitæ nostræ insidiari possit, averruncatio. Hæc sit Vobis iter facturis juvamen, fessis levamen, langvidis lenimen & medicamen: rerum feliciter expediendarum promotio, incommodorum & obstaculorum protelatio & ad Subditos, Vestrum abitum, votis prosequentium, reditumqve cum suspiriis indefessis prosequentium, olim cum gaudio reductio. Qvod superest, DEUM rogo, ut propter Jesum, dilectiss. suum Filium σταυροπαθῆ & crucis supplicia passum V.I. Celsitudinem Spiritu suo Sancto regat, ministerio Angelici exercitus cum toto Comitatu Illustri ducat, omnes suas actiones & consilia salutariter gubernet, & ad Nominis sui glorioss amplificationem, Ecclesiæ & hujus Seminarii sustentationem & nutricationem, totiusq; Regionis emolumentum & salutem ad annos Mathusalæos clementer conservet. In hoc pio voto, qvod Dominus JESUS velit esse ratum, desino. Gustrovi Calendis Junii s A. C. 1649.

Illustriss. Celsitud. Vestram

demisse & reverenter colens

M. Georgius Schedius, Glaucha viâ-Mysus, Illustris hujus Sch: p. t. Rect.

VIRO

Nobilissimo, Magnifico, Amplissimo

DN. JOHANNI COTHMANNO,

JCto Celeberrimo, Sacri Lateranensis Palatii, Aulæq; Cæsareæ & Imperialis Consistorii COMITI, Illustriss. Megapol. Princ. Cancellario gravissimo,

Musagetæ suo æternùm venerando & devotè suspiciendo.

Vir Nobilissime, Magnifice, Amplissime.

OPus Redemptionis humanæ tantum est, ut mens hominis illud neq; capere, neq; lingva verbis appositis effari ac depradicare satis possit. Ipse CHRISTUS hujus rei testis est omni exceptione major. Hic pronuper ritu S. Baptismatis à Johanne Baptista ad prædicandum, & miraculis confirmandum Evangelium institutus; à Patre cœlesti voce tonante, qvod suus esset Filius, proclamatus; nec non à Spiritu Sancto subforma Columbæ oleo lætitiæ præ Consortibus suis unctus, non diu, ut qvi erat & esse debebat lux mundi, per qvam omnes illuminarentur, latere poterat nec volebat. Memor enim finis egressus sui à Patre, & post exiguum tempus ad eundem regressus, omne temporis punctum habebat in numerato, ne qvod sine fructu effluerет. Et qvanqvam primò saltim Piscatores, gentem indoctam sui Verbi & miraculorum participaret, qvos videlicet à suo ad Patrem cœlestem abitu Spiritu Sancto donatos Ministerii sui relinqveret successores; tamen postidea non Judæis solùm, sed etiam gentibus, Judæorum accolis verbum, abs se è Patris sinu prolatum prædicavit, prædicatum etiam miraculis sufficienter confirmavit. Verum enimverò successum illud sub initium habebat perexiguum, ut ipse etiam CHRISTUS Magister θαυμασιώτατος conqveri necesse haberet, vix qvartam auditorum partem regno cœlesti compotituram. Causam autem residere non in semen faciente, nec in voluntate vocantis, sed agri diversitate, cujus qvar

ta

tu demùm pars frugifera sit. Intergrana illa, quæ in bonam terrã ceciderant, erat etiam unus ex Judæorum Principibus, nomine Nicodemus. Hic audito & cognito, quòd CHRISTUS neminem ad se venientem rejiceret, noctu infirmitate Judaica laborans ad eum accedebat, devia & modo (voci parum latinæ detur venia) Salvationis inquisiturus. Erat enim scientia ejus, in articulo, justificationem hominis peccatoris coram Deo concernente, adeò jejuna, ut in tenuibus etiam à CHRISTO esset informandus. Namque à CHRISTO de Regeneratione intellecta volebat, Nicodemus intrutina rationis pensitanda suspendebat. Tandem ita illum abs se dimittit, ut adjecto insigni Aphorismate epiphonematico de minimè dubio vitam æternam consequendi modo certus dimitteretur. Adeoque inquiens, Deus dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui in ipsum credit, non pereat, sed vitam æternam habeat. Mira DEI dilectio! ut pro mundo, i.e. pro hominibus in maligno positis mactandum gentibus mitteret non Angelum, non Prophetam, non unum filiorum, tanquam unum ex multis; Sed unicum & unigenitum. Hoc factum Moyses demum post tot sæcula verificandum, in Spiritu deinatus in hæc verba erumpit: Quàm dilexit populos! Deut. 33, 3. ac si diceret: usque adeò dilexit hominem, non nisi expulvere & terra formatum, ut si angelum dedisset, res miratu & gratitudine digna videri potuisset: siquidem dedisset proinimicis & apostatis fidelem ministrum, nullo non momento ad mandata ejus exequenda expeditissimum. Si multos habens filios unum ex illis dedisset, habendum erat non in magnis, sed maximis. Sed unicum habuit, quem dedit, & dedit illum in mortem (Theophyl. ad 3. c. Joh. contra Arian. f. 115. a. lin 31.) An hoc non omnibus amoris gradibus est excellentius? Dedit enim, non ut mundum condemnaret, sed ut propter prævaricationem legis à Moyse latæ Adamum cum posteris condemnatos redimeret. Dedit illum non in gaudia ac delicias, quibus in mundo frueretur; sed in profundissimam miseriarum sympleg ada, inq; perditissimam calamitatum charadram ac abyssum. Tanta erat molis mundum, per unius hominis inobedientiam in maligno constitutum, per obedientiam unius justi in integrum restituì! Et mirari hic subit infinitã DEI Sapientiã, Hac enim

mediam se se stitit inter Misericordiam & Iustitiam DEI, modumq; qvi lapsus homo posset reparari, reperit. DEus qvippe sola Misericordia motus, citra læsionem Iustitiæ, qvæ satisfactionem rigorosè postulabat, homini subvenire non valuisset. Nec Iustitia, qvæ est ignis consumens, præstare qvicqvam potest aliud, nisi reprobare, damnare, à facie DEI repudiare: nisi demum Iustitia per Misericordiam mitigata acceptasset Lytron, Sanguinem Filii DEI, pro Sontibus in Crucis fundendum. Factus est ergo CHRISTUS nostra satisfactio, ut nihil Sapientiæ, nihil Iustitiæ, nihil Misericordiæ, nihil Omnipotentiæ DEI decederet. Firmissimè nimirum & immotè stant in omnibus gradibus, nihilq; de ullæ earum est imminutum. Itaq; meritò hic ingeminare licebit cum Servatore nostro unico O. M. aureum illud Scitum: Sic DEUS dilexit Mundum. Exclamemus cum Philone Sap. 11. 6. 25. Diligit DEUS omnia, qvæ sunt; & nihil odit eorum, qvæ fecit, neq; enim odio habens aliqvid constituit aut fecit. Et cum Moyse Deut. 33. 3. Qvam dilexit populos!

Hæc DEI DILECTIO respicit totam CHRISTI PASSIONEM, qvæ est Sacrificium propitiatorium, in qvo persona Filii DEI mori & pati voluit & sustinuit in illa carne, qvam in utero Mariæ ἀειπαρθένε assumptam unione hypostatica sibi propriam fecit, qvamq; ita roboravit, ut immensum illud onus non sustinere non posset. (B. Chemn. de duab. in Christo c. 6. f. 104. a.) Hac ratione DEUS verè dicitur passus, cùm illa caro sit passa, in qva tota plenitudo Divinitatis habitabat σωματικῶς. Neq; in opere hoc arduo divinæ naturæ officio qvicqvam detrahitur. Non enim fuit otiosa, sed una natura tum maximè egit cum communione alterius, qvòd cujusq; proprium est. Et hæc immensa DEI PATRIS dilectio, qva totum arsit mundum; & filialis CHRISTI JESU obedientia ex nullo loco totius Sacræ Scripturæ dilucidius perspicitur, qvàm ex actu PASSIONIS. Hanc qvidem Patriarchis & Prophetis ut suis auditoribus in typis propositam explicarent, DEUS mandaverat; Sed typi illi erant meri typi & umbræ, per se nihil præstare potes, nisi applicarentur Antitypo, consummatis de-

demùm diebus mactationi veri Paschalis Agni destinatis. Hujus qvia pergenerationem ex Christianis Parentibus & nos participes facti sumus, in summis beneficiis habeamus. Hæc nobis meditanda, memoranda, nec ullo temporis articulo ex memoria deponenda.

Hujus V. Nobiliß. Magnificentiam cum Illustrissimo PRINCIPE nostro præprimis volui esse partipcipem, cùm ad salutaria totam Regionem concernentia Consilia, læto & proficuo fine donanda CANCELLARIO, Buleuterii sacri Antistite Principi tam sit opus, atq; corpori dextra. Omnibus aliis, maxumis, minimis, medioximis etsi per se & propter Lytrotam nostrum meritißimum gratam sperofore; tamen gratior longe erit, pensi habito (cùm ab Illustrissimo Principe recedo) nomine V. N. M. qvod non procul à frontispicio occurrit, inclito.

Suscipe Vir Nobilis Magnifice &c. hoc qvicqvid est munusculi fronte læta, ad salutem animæ promovendam eo utere fruere mihiq; usq; ad clausulam vitæ beatam, Passionis meditatione σὺν θεῷ finiendam, uti tenus hac factum, favere non desiste. GUSTROVII.

N. V. Magn.

Studiosissime colens & suspiciens

M. Georgius Schedius,
Clau. Misn. Illustris hujus
Scholæ p. t. Rector.

BElli decantent alii Martisqve furores,
Decantent alii Venerem, vel quicqvid in hisce
Humanis rebus male-saucia pectora versat.
Vulnera tu CHRISTI cantas, tu carmine SCHEDI
Docto persequeris, qvantæ reparare salutem
Amissam molis fuerit. Conatibus hisce
Macte tuis! Faveat, beet & te munere dio,
In cujus tua se diffundit vena labores.

JOHANNES QVISTORPIUS, Th. D.
Professor, & Ecclesiastes. Tandem
Superintendens, μακαρίτης.

DUm, SCHEDI, jambis memoras, ut Numina læsa
Instructum Deitate Virum, tot adire labores
Impulerint, nostrasq; abolere piacula culpæ,
Et plenum pietatis opus, plenumq; decoræ
Exeqveris laudis. Meliori militat ausu
Hîc tua Calliope, qvam si vel vē. regna Lyæi,
Vel lascivorum caneret tentamina amorum.
Iste labor Lyricis te Vatibus inseret olim,
Clarabitq; tuum nomen, Cœloq; reponet.

Petrus Lauremberg, Phil. &
Med. Doct. & Professor
μακαρίτης.

In

CHriste tuæ meriti Vitæ & meditatio Mortis
Perpetuæ mihi deliciæ, mea sola voluptas
Certa meo ex merito & tristi solatia cordi.
Nam mea me veteris damnant contagia culpæ,
Et numero contracta suo simul æqvoris omnem
Heu facilè exuperant, vasto est qvæ in litore arenam,
Debita & immensum mihi multiplicantur in horas.
Justa premit me hinc iraDEI, lex hinc premit, hinc mors
Terrent horrendo & Claustra infernalia rictu.
Ac tanta haut mea sola (licet mea maxima) *culpa*
Pœnaq́; Sed totam nullo discrimine massam
Humani generis communi involvit abysso.
O miseras hominum sortes! qvis tanta malorum
Agmina compescet? qvis *crimina* demere tanta,
Qvis meritas scelerum nostrorum tollere *pœnas*
Aut volet aut poterit? certæ spes qvæve salutis?
Tu solus, *pie Christe* salus mea, summa salutis
Nostræ est, summa tui *obsequii* perfectio, Christe,
Nempè loco nostri (tanta en vis, tantus amoris
Ardor erat nostri!) legis se subdidit ultrò
Imperio, *legis Dominus*, sanctissima Jovæ
Jussaq́; *pro nobis* exactum implevit ad ungvem.
Qvin etiam à noxa solus Sanctissimus omni
Omnia suscepit totius *Crimina* mundi,
Et meritam nostro persolvit crimine *pœnam*,
Ultricem passus supremi Numinis iram
Heu qvantam! heu qvantum mortis, Crucis, atq́; inferni

Tre-

Terrorum, at ignominiæ, qvantumqve dolorum!
Omnia pœnarum & qvis deniqve nomina fando
Enumeret? qvas tanta tulit patientia Christi
Pro nobis. Hinc pax, hinc spes, ac certa salutis
Et vitæ æternæ surgit fiducia, *nobis*
Dum culpæ in Christo est, & certa remissio pœnæ.
Qvid ergo mirum? qvod juvat Clarissimum
Pietate & eruditione SCHEDIUM.
Pia passionis Dominicæ meditatio
Tantoperè, totam ut erudite Jambicis
Pieqve Christi passionem expresserit.
Sanctissimum hoc studium Viri nemo improbet,
Nemo, nisi ipsus improbus ter & qvater.
Vos maximè pie-erudita pectora
Lyræ Poëtæ Vos favete & plaudite.

M. Daniel Michael, Gustrovi
ad Templum Cathedr. Pastor,
post Superintendens μακαρίτης.

In
JAMBOS PASSIONALES
Clarissimi, venerandaq; Canitie conspicui
V I R I
D. M. GEORGII SCHEDII.
Gymnasiarchæ Gustrovienſis meritissimi, &c.

SCHEDI, *qvem nitidis genius donavit Jambis,*
Et qvem sanctus amor Religionis agit,
Nil melius JESU, JESU *nil funere majus,*
Cujus merito profluit omne bonum.

Omni-

Omnibus ille unus confert medicamina morbis,
Unica CHRISTIGENUM *gloria, vita, salus.*
Est cui crux gravior, vexet qvem tristis Enyo,
Aspiciat JESUM, *mox recreatus erit.*
Horrescit mortem? vitam dabit ille perennem,
Discutiet cunctos Crux veneranda *metus.*
Cum Satana qvamvis totus fremat Orbis & Orcus,
In Jesu *Pax est dulcis, & alma qvies.*
Hunc nobis Jesum *culto describis Jambo,*
Et memoras Sanctæ Celsa theatra CRUCIS.
Sis felix, longumq; DEUS *te vivere faxit,*
Promere qvò decies tàm pia scripta *qveas!*

Stephanus Hane, Ecclesiastes Cathedralis.

Εἰς τὴν μεγαλοπρεπῆ Διδάσκαλον,
τὴν Ἰθυώτορα τῆς Γουστροβιακῆς σχολῆς,
Τὸν κύριον ΓΕΩΡΓΙΟΝ τὴν ΣΧΕΔΙΟΝ.
ἄλγεα ΧΡΙΣΤΟΥ ἀείδων, οὗ Σχέδι' ἄξιος ἔσση
Αὐτοῦ γὰρ πάθεος, κρήγυον οὐδὲν ἔην.
Ρωμανοῦ Νικηφόρου, οὗ Κορινθίου.

25. Martii. Anno 1630.

Dignus es hoc Christi dum cantas Schede dolores,
Namq; dolore ejus nil mage dulce viget.

E. S. F.

interpretabatur puer adhuc.

Dum

DUm tua jam cernunt, SCHEDI, Meletemata lucem,
Parata Jambis optimè Senariis;
Qveis *Christi* satagis depingere nobile lytron,
Qvod solvit is salute pro mortalium,
Te sanè Vatis Christiani nomine dignum
Facis, piè necemq; *Christi* ponderas.
Pergito. Sic *duplex* tibi *Nomen* in Orbe parabis
Et Vatis *optimi*, simul Vatis *pii*.
Qvi *metra spurca* canunt, non Vatum nomine digni,
Qvi *sacra*, Vatum gaudeant insignibus.

M. Martinus Bambamius,
P. L. C. & Scholæ Sedinensis
Senior & Con-R.

PAssionales modò qvos, Amice,
Das typis *Jambos* nitidis premendos,
Qvàm metro vellem decorare, nî me
Lectus haberet!
Interim, cùm sim minùs aptus hisce,
Saucio *Jambi* mihi sint medelæ,
Sint tibi laudi, precor, & ferantur
Omne per ævum.

ægrè decumbens f.
M. Pancratius Amselius,
P. L. C.

MELETEMATA JAMBICA

seu

Piæ Meditationes & Suspiria hominis

Christiani, CHRISTI DOMINI innocentissimam, verè tamen salutarem Mortem in ignominioso Crucis ligno obitam per JAMBOS *Senarios plangentis.*

Historia Passionis Dominicæ in tres ACTUS dispesci potest secundum tria loca subjecta:

HORTUM, URBEM & LOCUM SUPPLICII.

Passioni ipsi præmittuntur nonnulla ad considerationem ejus salutarem facientia: Concilii Hierosolymitani descriptio: Cœnæ Dominicæ Institutio: Pedum Lotio: & demùm Ultima verèq; aurea Christi Concio.

Sequitur

I. ACTUS Periochæ.

Sudoris thrombos *Pars hæc describit* in horto,
Oscula, vincla, Petri Zelum, & malè saucia Malchi
Tempora, qvæ Dio CHRISTUS medicamine sanat.

A II. Actus

II. Actus Perioche.

Christum, *hæc pars*, undena cohors ut deserat, *apte*
Et graphicè pingit, sannas, & sordida sputa,
Jurantem Petrum, plorantem & tædia culpæ.
Tùm colaphos, stoniachũ populi, sæva atq; flagella,
Et calamum, laceram dibaphon, rhamniq; tiaram.
Purgantemq; manus in puro fonte Tyranni
Arbitrum Latii, vinclis Barabamq; solutum.
Devotam diris prolem, Christiq; silentiũm.

III. Actus Perioche.

Tertia suspensum fatali à robore Christum
Describit, causasq; Crucis, septenaq; verba.
Flebile lamentum Matris, solatia Nati,
Latronis sannas lævi, contritaq; dextri
Pectora, Sarcasmos tum Militis atq; Calonum.
Dein tenebras, motus terræ, petrasq; stupendo
Cum crepitu ruptas, delubri scissaq; vela.
Cor mucrone haustum, conversum Centurionem,
Funestamq; Crucem, nostræ qvæ causa salutis.

Proœmium.

CElsam arborem Crucis, Virumq; qui Poli
Palatiis prolapsus alti fibritus
Nostri misertus schema servile induit,
Ut tolleret labis reatum tetricæ,
Tandemq; placato reduceret Patri,
Cano. In hunc Apella, & Scriba prodigus Dei,
Patrumq; grex amore dignum perpete
Patrita propter dogmata, & miracula
Divina, sponte languidis qvæ præstitit,
Odiis acerbis sæviit, nec à vafris
Et impiis avulsus est cœptis prius
Qvàm sæva post convitia atq; scommata
Leto daret fixum exsecrando stipiti.
O Christe, domitor Mortis, atq; luridæ
Stygis, Colubri Victor & Cocytii,
Sannas, cruenta lora, sputa, arundinem,
Hastam, coronam spineam, pugnos, crucem
Clavosq;, demptâ ut Patris irâ Regiam
Tuis olympi redderes Clientibus,
Qvi passus es: Te qvæso, cœli à culmine
Flatus superni immitte cordi gratiam,
Dio tenebras dissipans qvi lumine
Candente prunâ linguæ plectrum meæ
Contingat, & condigna tantâ suggerat
Re porrò verba, forte ne qvid proferam

Notemvé chartæ, literis qvod absonum
Siet sacris, tevé impiis lædat modis;
Sed ut merè canam tibi placentia,
Passionis ac mysterium decentia.
Phœbi hîc Alumnæ Delphici ter tres nihil
Valent, nihil Phœbus valet, nil ceteri
Valent Deastri, turba Vatum qvos colit
Ignara verbi, tute *Cancellarius*
Qvod *Ternionis Sacro-sancti Patrio*
E corde protulisti, ab indè seculis
Tecti Sophis, moris merè in cœlestibus.
Sapientiæ TE, CHRISTE, abyssum Patriæ
Qui cuncta calles, quique puro sufficis
Pia cogitata corde te colentibus.
Te adoro, posco, imploro, conatus meos
Præsens secunda, prospera, felicita,
Impertias SANCTUM optimâ in re SPIRITUM,
Sic terminum optatum optimâ in re consequar.

Requisita ad attentam
PASSIONIS DOMINICÆ
considerationem.

MIracla, metas ingeni excedentia
Modumq; Naturæ svetum sueta sunt
Ora ac ocellos omnium, mirabilem
In se stuporem non citra, convertere.
At visu ab orbe si qvid indè condito
Mirabile, auditúq dignum contigit,

Nim-

Nimbosa sive montium cacumina
Radicibus terræ ligata, & pondere
Librata justo cum stupore pendula
Cernas in aura; sive aqvarum maximas
Stagnantium moles in aëre montium
Instar volucri; seu globosi gurgites
Sali profundos, alluentis undiq;
Terram, suis nec obruentis partibus
Orbem extimis; & qvicqvid unqvam tem-
Historia testis, veritatis inclitum (porum
Lumen, memoriæ vita, morum regula,
Vitæ magistra, antiqvitatis nuncia
Inusitati & insuëti rettulit;
Ea glomerata cuncta ad unum nostro huic
Si conferas miraculo, haud secus foret,
Ac si minuta mavelit componere
Qvis maximis, cœlestibus terrestria,
Opaca luci, æterna transitoriis.
Hic namq; nobis nòn Moyses obviat
Virtute clarus; nòn Elias, obsitum
Jehova qvem annis magna post fastidia
Exhausta vivorum ilicèt consortio
Stellata subductum ad superni flammeis
Mundi qvadrigis transtulit capitolia:
Patris Character sed supremi *genesius*
Honore Patri æqvalis atq; gloriâ
Rerum Sator, sinusq; cœli Numine
Terrasq; complens flammâ opertus Enthei

Nos erga amoris vestiit se corpore
Humano, in alvo Virginis; mortalium
Contagioni se sceleste comparat;
Suspendio, solutus omni crimine,
Se stipitis nefando & exsecrabili
Obtrudit ultrò, ut æstuantem patrio
Restingueret furore Avernum, compede
Stygis Tyrannum, omnes & ejus asseclas
Aheneâ constringeret, Stygii & dolo
Deperditam Colubri salutem redderet.
Herois hujus duplici propagine
Celebris, ortu excelsior vulgarium
Regumq; Principumq; origo, dextera
Qvæ præstitit, dum viveret, miracula,
Divinitati tùm Pater qvis Filii
Momen sub horæ reddidit novissimæ
Illustre testimonium, dulcedine
Cujus suävi corda non demulceant,
Ut sistat hìc gradum parumper, maximi
Mecumq; volvat & revolvat in sinu
Pectusculi devotius rem ponderis?
Ælian. var. hist. l. 10. c. 16. Studium ad Sophiæ cùm vocasset plurimos,
Adesse præter & videret neminem
Unum Diogenem; usu & venire cerneret
Id sæpiuscle Antisthenes; fastidia
Ægrè ferens superba, fecit nemini
Sui potestatem audiendi in posterum.
Qvin & Diogenem, cùm rediret sæpius,

Minis-

Minisq; multis atq; fusti depulit.
Qvi captus insatiabili scientiæ
Ardore nil fecit minas, nil verbera
Inflictu fusti; Te nihil qvod avocet
Hinc, inqviens, est! En tibi caput, probè
Pertunde fusti! duritatis qvempiam,
Qvo me fuges, inveneris vix tantulæ.
Hic Christianis præripit palmam Ethnicus
Plerisq; inurit labem & indelebilem,
Tantum dapes qvis cœlicæ atq; limpidæ
Abundè lymphæ de scatebris profluæ
Sancti Israëlis procreant fastidium
Et nauseam, ut secanda tortis tergora
Flagris sient & fuste, si qvando sacri
Augusta templi adire debent limina.
Qvin submovendi si forent abatriis
Sanctis JEHOVÆ sudibus & scorpionibus;
Ex universâ qvot super puras fore...,
Nomen superno qvæ sacravit Numini,
Turbâ, vacivas qvi locarent aurium
Ædes docenti, fustibusq; tergora?
Mentem ergo *Lector Christiane!* progredi
Non absq; fructu si cupis negocio
In Christianæ passionis arduo,
Ut hic JEHOVAM mente purâ & simplici
Colas, & olim gaudii compos fuas
Perenni-duri; *Docilem* age huc *mentem adfer.*
Ædes patescant aurium, pia mollitie

Discipulus Passionis sit Discendi cupidus.

Monita imbibant, cedant docenti rectiùs,
Cedit facùl perinde cera fortiter
Dextræ imprimentis iconem! fastum ocyus
Fac eximas & vanitatem, dogmatis
Et aurium sanis vacivas commoda
Ædes. Saporis si velis infundere
Falernum in utres optimi, aer crassior
Procùl facessat, mucor, atq; sordium
Sqvalor; Perenni qvo tibi Oecumenicum
Jungas fide trunco ligatum stipiti
JESUM, tui clathros reclude corculi
Et sqvalidis expulve ratum sordibus
Cœleste dogma ad imbibendum præpara
Accommodum. Conando qvævis ardua
Assidua vincit ac domat solertia.
Lepori alligandus si canis sit stuppeis,
Vix atq; ne vix assequére, vinculis.
Virgis puellus & bacillis, utiles
Ut literas, linguas & artes imbibat,
Si sit adigendus, laude non digni facùl
Qvid assequetur, inter-atq; nomina
Præclara-claros haùd merebitur-viros,
Amore si qvis Christianæ serio
Non Passionis uritur nec tangitur,
Ut mente verset sputa, colaphos, stigmata,
Sannas, flagella, ponderetq; jugiter,
Næ Christiani indignus est qvi nomine
Pio vocetur. Flamen ergo, mutui

ἐὰν ἧς φιλομαθὴς, ἔστι πολυμαθὴς.
Isocr. ad Demon.
Damasc. l. 3. c. 18. de fide Orthod.

Inter

Inter Λόγον fotorem amoris & Patrem,
Rectarum & Autorem & Datorem mentium,
Qvo nos supra nos tollimus, votis piis
Veneremur, ut calore foveat pectora
Nostra entheo, ac amorem in illis excitet
Legem Jehovæ ruminandi perdius
Pernoxq; sanctam, & impiis Alastorum
Tesqvis relictis inseqvendi tramitem
Vitæ dehinc melioris, integræ, doli
Omnisq; puræ, fraudium atq; criminum.
Mentem deinde attentiorem huc afferas, *Sit attentus.*
Rebus, sibi qvodcunq; nomen vendicant
Seu frivolis seu seriis dicto vale
Mentem huc & illuc fluctuantem colligas,
Attentiusq; dirigas huc, commodo
Cum singulari qvi potis sis progredi
Feliciter. Venire id usu cernimus
In publicis privisq; rebus, plusculis
Semel simulq; deditum nulli probe
Vacare, nostra nec duas admittere
Pectusc la curas; Qvò magis mysteria
Regisq; Regum, Cæsarisq; Cæsarum
Subducta nostris sensibus sibi integrum
Cor vendicant, rebus profanis liberum,
Sanctisq; solis cœlicisq; deditum.
Discipulus ergò Passionis sedulus
In intimo probè recessu pectoris
Pii revolvat usq; maxima minima

Et facta & acta Passionis (dædalus
Chrysurgus aureum perinde poculum
Facturus auri ponderis non maximi
Massas sibi saltim reqvirit, qvaslibet
Sed ejus accuratiùs minutias
Recolligit, nihil operâ & perdit datâ.
Minutularum sed de acervo qvò sibi
Majore constat partium, hòc sibi pila
Conflatur auri major ac prægnantior.)
Cùm nec sacro minutus insit codici
Apex, sibi mens undè non depromere
Trita enthei qveat affatim solatii.

Lev. 11, 3. Pura, esuiq; jussu Iövæ commoda
Pronuntiabat Legifer Dux, fissiles
Qvæ, *Bruta*, habebant ungulas, & pabula
Plenis remandebant ab imo rumine
Revocata buccis: nòn minùs verbi cluit
Auditor hic & æstimator cœlici
Verus, qvi acerbæ passionis singula
Acta audit aure, & in recessu pectoris
Abscondit imò, ut indè, qvâ cor roboret
Tritum, medela urgente casu supperat.

Sit devotus. Hoc ut fuat felicius, merâ tui
Devotione cordis ardeant fibræ,
Ut mens novos edocta motus sentiat

Luc. 24, 32. Petentium qvos biga persensit virûm
Emaunta fido ducta hodégo, interprete
Jesu optimo mysteriorum, nobilis.

Devo-

Devotionis ardor hic in scrinio Bernh.
Si qvando surgit acrius pectusculi,
Criterion verum esse noris, Spiritum
In hoc sibi struxisse nidum, posteris
Non destruendum seculis, ni criminum
Ejeceris hunc mole detestabili.
Est casta mens, hospesq; casti pectoris,
Sqvalorem, apes fumum perinde, criminum
Odit nefandum. Hic suggerat motus pios.
Inspiret & nostris amorem sensibus,
Ut abdicatis hisce sublunaribus,
Fluxis, caducis, frivolis, inanibus,
Superna saltim, nulla qvæ seqvens dies Coloss. 3, 1.
Exterminet, dum præmium cœlo piis
Constabit, ac honos pietati erit suus,
Venemur, & votis reqviramus piis.

Furor Concilii Hierosolymitani, & ejusdem descriptio.

Matth. 26, 3. Marc. 14, 1. Luc. 22, 2.

IN Orbis Urbe totius clarissimâ Plin. nat.
Qvâ Cynthii Eoum cubile est aurei hist. lib. 5.
En! facinus omnium qvoad mundus stetit cap. 14.
Longè fit atrocissimum, dum gloriæ
Dominus flagellis cæsus, ora sordido
Sputo inqvinatus, mille post opprobria,
Calumnias, sannas truces, convicia,
Distentus infami crucis periit trabe.

Id

Id turba nón fæcis patravit infimæ
Mysteriorum ducta vilipendio
Cœlestium, Diævé legis nescia;
Num.11,16 Verùm Senatus septies decem viris
Conspicuus ævo maximis. Synedrion,
Legis periti, Maximates, totius
Antistites Cleri, pietate cæteris
Præstare qvi visi Cathedræ Moysis
Sancti insidére, legis & Diæ ecphrasin
Matth.23. Sibi vendicare, Cynthium antevortere
v 5. Manè aureum: Et perindè plenos ad tubos
Totum imbibissent pentateuchon, fimbriis
Præcepta Jovæ inscripta habere vestium;
Matth.6. Pro re suâ mactare donis pauperes
v. 2. Ad buccinæ, ne fors qvis esset nescius
Luc.18,11. Raucæ sonorem; in compitis ut plurimùm
Matth.6. Deo preces offere crebras maximo
v. 5. Meditullio in templi, plateis & scholis;
Alimenta membris abnegare debita,
Inedià macerare corpus, interim
Vidére tetrè, immanè, torvùm, sordidis
Marc.7,3. Tetigisse panem manibus, & nón perprobè
Lotis prius, ducere nefas & grandius
Piaculum; Turbæ abstinére ab impiæ
Contagio; Nil agere, gloriam & decus
Sibi undè nón vulgare vulgus qværerent
Ignobile inter; maximi hinc ab omnibus
Fieri, atq; fulcra repputari Ecclesiæ.

Vitam

Vitam sed horum exactiùs si ponderes
Fuco illitam mero, merâq; hypocrisi
Fuisse videas, dogmatis & moribus
E diametro contrariam. Contagio
Labis referti putidæ nil impia
Aconita præter seminare dogmatum.
Zemah sibi Regem profanum qværere
Latiæ futurum vindicem tyrannidis.
Sensum Jehovæ sacro-sanctis legibus
Planè impium ac adulterinum affingere.
Duces cluere cœculorum cœculi,
Aliis Olympi, cujus ipsi tædio
Summo æstuabant, Regiam præcludere. *Matth. 23. v. 31. 34. 37*
Fuso manus piorum abundè sanguine *Joh. 8. 44.*
Polluere Vatum, Martyrumq; opprobria,
Blasphemias, maledicta, sannas, unicum
Ructare furiatim in JEHOVÆ Filium.
Audire vani honoris ob cupidinem
Auriq; (fœdi seminis mali) famem *2. Pet. 2. 13*
Gnatamq; fœtidæ Voluptam crapulæ
Malè inter omnes; negligenter munia *Matth. 23. v. 14.*
Peragere sancta; infantibusq; pupulis
Viduisq; fortunas relictas surpere. *Esa. 1. 5.*
Ut multa paucis, summum adusq; verticem
Talis ab imis alere nil in se boni,
Crebrâ caput rotarier vertigine
Et cor repostum in corporis languescere.
Latumià. Hi, qvis credat? Israëliticâ

In-

In Gente tùm primas tenebant temporis
Psal. 1, 1. Et sessitantes in cathedrâ pestili
Cocytii furore Regis perciti
Coëunt in unum; &, heu nefas! innoxium
Act. 3, 14. Vitæ Ducem vetitis premunt factionibus,
Ps. 94, 21. Tandemq; iniqvis opprimunt sententiis,
Sanctum atq; purũ noverant qvem criminis,
Nec repperire, omnem supra qvod est fidem,
Unum licet, suscepta iniqvia & subdola
Uno vel impedire qvi ausit verbulo,
Vel hiscere aut mutire contrà. O optime,
Clemens, benigne, mitis, & piissime
JESU! tuo si Turca semper nomini
Nec non agello infestus hostis patrio;
Apoc. 17, 6. Armata scortandivé dexteram scypho
Thais Latia cruore Martyrum ebria
Apoc. 16 Abundè fuso; fœtus aut noviss imus,
v. 13, 14 Ibera Erinnys, Ditis ac Proserpinæ,
Qvid tale membris machinantur impiè
Tuum hoc-fidelè dogma fassis-seculo:
Sancti Entheum robur ministra Flaminis,
Ab agnitæ ne Veritatis tramite
Exorbitemus ad siniſtram aut dexteram
Latum vel unguem. Luceat nobis tui
Lucerna verbi, ne vel unqvam ab orbita
Vitæ beatæ deferamur impia
Ad senticeta opinionum. Spicula
Cocytii confringe Regis ignea;

Mo-

Modumq; fidus usq; cum Pater cluas, I. Cor. 10, v. 13.
Affiictionum statue; onusq; dulcius I. Cor. 1, 9. 2. Pet. 2, 9.
Levando fac, ferendo qvò simus, crucis.
Pro nominis sin vero gloriâ tui
Nobis siet mors oppetenda; suffice
Vi Flaminis robur sacrati mentibus,
Ne pertimescamus rotas, ferrum, rogos,
Furcas, eqvuleos, vel qvod infandum *Decii*
Unqvam expatravit *Cæsarum*, tot millium *Vide Apologeticum à Belgis exhib. Maximil. in Comit. Spir. Ann. 1570. pag. 265. & seqq.*
Cruore conspurcata fuso Martyrum
Toti vel olim *Albanus* ille Belgio
Fatale monstrum, nam fruiscetur levis
Feliciori sorte Servus vix Heri.

Institutio Cœnæ Dominicæ.

Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, 23.

ILle innocens AGNUS DEI PATRIS JESUS
Cruore straturus viam inclitis sancto
Ad astra amicis, in palatio saxis
Strato secundum fœderis Sacramentum
Panxit *novi*, antiqvavit & vetus *fœdus*.
Nam sub minutâ portiunculâ Panis,
Et sub Falerni dulcis haustulo nobis
Legavit ex immenso amore sumendum
Corpus, bibendum & Sanguinem, jubens gratos
Simul referre facta Mortis & Vitæ
Qvi sub tenella portiuncula panis,

Pau-

Paucisq; vini guttulis, tuæ carnis
Et sangvinis, fidelibus tuis legas
Mysterium; Concede gratiam sancti
JESU benigne Flaminis, tuæ dignè
Ut carnis atq; sanguinis Sacramentum
Veneremur, & Redemptionis in nobis
Persentiamus jugiter tuæ fructum,
Qvi perpetim cum Patre, Flamine & Sancto
Pari gubernas cum potentiâ Regnum.

Lotio Pedum.

Joh. 13, 4. 5.

LYmphâ dein suis Iesus abluit
Pedes Alumnis, absq; tergit linteo
Cinctus femora qvo tunc erat velamine,
Nosmet Tapinosin monens, ut fastui,
Cocyto originem trahenti lurido,
Renuntiantes excolamus auream,
Donisq; nostro serviamus proximo,
Nobis favore qvæ obtigerunt Numinis
Mero superni; mentis inq; proximum
Affectibus nostrum ruamus integris
Lapsumq; tesqvis avocantes impiis
Leve amoris erratum tegamus pallio.
Hæc sub pedum lotione JESUS exigit.

Seqvitur,

Caput XIV.

S. Johannis Evangelistæ.

Perioche.

Pide quam teras, inqviris, *ad Polum viam;*
Viæ Ducem, tutò cui te creduis;
Vitam, atq; vivendi beatè regulam?
Huc verte oculos. JESUS est via, & viæ
Dux, Veritas, Vita, Autor & vitæ inclutus.
Hic sordet? hunc adhuc gravaris insequi?

Præclara multa, magnifica qvám-plurima
De se Magistro pollicerier Petrus;
Sed JESUS increpando confidentiæ,
Ausu sibi temerario qvam finxerat,
Sic Entheo ore Spiritum ejus obtudit,
Auderet ut nec obloqvi, fœdissimo
Nòn liber abnegationis crimine.
Sed JESUS, ideò membra qvi mortalia
Indutus Orbis in theatrum venerat,
Ab impiarum qvò suos reduceret
Tesqvis opinionum amicos regium
In Veritatis tramitem, promptissimam
Medente ferret languidis opem manu,
Et Entheo infirmos fide solatio
Fulciret; ut pavore vidit maximo,
Timentium notaverat qvi pectora,

Ventis ut actam fraxinum tremiscere;
Turbata Alumnorum fidelis pectora
Doctor *Cygneo* leniit *melismate*,
℣. 1. Hunc ora solvens in modum: *Charissimi*
O vos mei! hæc, qvæ sum locutus, singula
Fient qvidem. At cavete vestras exedat
Formido mentes! mœror omnis ilicet
Facessat! In me qvæ patrabunt sobrii
Parùm Tyranni, posterisq; seculis
In vos, erunt (nòn diffitemur) absona
Humanitati; meq; clam non est, fiet
Qvæ mentium imbecillitas mortalium:
Sed in Deo vestræ ancoram fiduciæ
In meq; toto corde si locassitis,
Non est, adeò qvòd ægra mens insultibus
Ab hosticis tremiscat atq; palpitet.
Est hostibus JEHOVA cunctis, vos vafrè
Eliminare qvi cupiscunt, fortior.
Huic unicè si fiditis (sed fiditis
Huic unicè) par est, mihi, qvi lux, via,
Vita atq; Veritas cluo, vos fidere.
Qvod pro salute generis humani bibam,
Non distrahet nos, poculum. Forti minas
Qvi mente, flagra, carceres, calumnias,
Necesq; cœlici pro honore dogmatis
Usq; usq; mundi pertulistis improbi;
Regni, beatà post peractam clausulâ
Vitam, mei cluetis olim Principes.

In

In glaucinâ Patris coævi regiâ, ℣. 2.
Ancipite si mucrone Verbi masculè
Certâritis, vobis paratæ singulis
Sunt mansiones, inclitæ victoriæ
Brabea. Ni vobis paratas liqvidò
Constaret has, orbis dolosi liberos
Turbis brevi qvæ gaudiis vos adserant
Veris Olympi; ultrò monerem, patria
Me adire regna vel ideò, qvò commodas
Vobis adornem mansiones, perpetim
Mecum futuris. Et licet vel maximè ℣. 3.
Conspectui me subtraham vestro, loca
Vobis adornaturus; interim tamen
Præsentiâ nolim viderier meâ
Vos destitutos, nam redibo, sedibus
Et inseram vos cœlicis, de cetero
A me nec ullis distrahendos seculis,
Nostris nec est qvod desiet fiducia ℣. 4.
Verbis eò vos nempè venturos loci,
Qvò nunc viam præcedo straturus; locus,
Qvò tendo, vestrûm neminem latet, via
Vobis nec est obscura. Alumni & undecim
Qvi audiverant toties Magistrum proprii
De fusione differentem sanguinis, ℣. 5.
Dictorum Iesu haud esse qvibant nescii;
Sed mœror ingens tanta menti oblivia
Induxerat, vulgata, trita, & obvia
Ut nesciant. Miro ergò Thomæ pectora

Præ ceteris amore flagrans fratribus
Reſcire, qvorsum iturus eſſet; Inclite
Præceptor, infit: de loco nil, aut parùm
Cùm conſtet, ha! noviſſe qvi qvimus viam?
Immò ſumus (qvis par huic ſit Oedipus
Ænigmati?) loci viæq; neſcii.

℣. 6. JESUS ad hæc: Qvâ fronte, *Thoma!* ſemitam
Noviſſe te neges, ſalutis propriæ
Ni fortè cum diſpendio me neſcias
Totum? Sum *ego* ne neſcias fors, *ſemita*,
Sum *Vita* ſumq; *Veritas*. Hinc nemini
Datur ad beatas tranſitus ſedes Patris
(ubi antè eram, qvàm Matris arctâ in Virginis
Expers reatus deliteſcens regiâ
Teneri indui caduca membra infantuli,
Ut Proxeneta redderem verus Polum
Mortalibus, prævaricando perditum)
Per me niſi, qvi ſolus in Polum viam
Sterno, ac amicis præfero facem meis.
Et ad Patrem transire cum nemo qveat
Fide abſq; ; plenos imbibiſtis ad tubos
Cœleſte jam tum ex me Sophos. Si pallidæ
Formido Mortis veſtra rodit pectora,
Parata per me vita vobis, in qvam habet
Homini-vora Dea juris amplius nihil.

℣. 7. Si me, qvis? unde? qvalis eſſem? (Patriæ
Mentis character gneſius, mirabile
Verbum, Senatus ipſe Cancellarius

Trini

Trini sacer, poli vetustus Incola)
Nossetis; haud incognitus vobis meus
Foret Pater. Patrem sed almum in Filio
Novistis, & vidistis usq; lumine,
Feci Patris virtute dum miracula
Qvæ me-ante nemo Sanctulorum præstitit.
Hæc verba Jesu, aperta qvamvis, undecim ℣. 8.
Oracla Alumnis visa mera, griphi meri.
Ignobili verum trahens Bethsaide
Philippus ortum, ceteris flagrantior
Discendi amore, *Domine* ait: nobis Patrem,
Videre votis qvem tot expetivimus,
Ostende! nostris sic satis-demum-fuet
Votis, nihilq; te lacessemus suprà.
Philippus hæc. Sed postulata non ferens ℣. 9.
Tàm rudia Jesus, lenitèr mox corrigit:
Philippe tanto vos apud sum tempore
Et nosse me negas! Philippe, qvi-videt
Me-cunq;, Patrem (nam *character vividus*
Sum Patris, ac per omnia simulis Patri)
In me videt; fronte ergo qvâ audes obloqvi?
Ostende, sodes, oppido nobis *Patrem!*
Dubitasné adhuc: inseparabili *Patrem* ℣. 10.
Robore, simul naturâ, ipsaq; volentiâ
Inesse mî, *Patriq́*, me, consortio?
Commenta vobis non meæ mentis loqvor,
Sed verba nutu profero, qvæ profero,
Patris; meæ nec mentis ex sententiâ

Qvicqvam facio, qvod ipse nòn jure optimo
℣. 11. Sibi vendicet. Vos hæc monenti pectore
Mihi ravim ad usq; patrio par credere
Erat; meisq; si parum fidei foret
Dictis, fides habenda erat dignis DEO,
Qvæ præstiti, miraculis. Certum est, meum
PATREM videre? memet intuemini,
In me Patris veram videtis iconem.
Audire? *Patris Archi-Cancellarius*
Aliena menti nòn paternæ profero.
At facta? Si adforet Pater vel maximè
Similis mihi naturâ, mente, robore,
Majora nostris nòn potesset edere
℣. 12. Nil ambigentes hæc tenete mentibus
Infixa vestris, & nihil dispendii
E corporis subductione ad vos mei
Redundabit. Qvin melius absens candidæ
Vobis videbor usq; fidei lumine
Meæq; vim divinitatis clarius
Pòst exferam, servile cùm subduxero
Hoc schema vobis, namq; res mortalium,
Integritatem qvò receptet pristinam,
Sublapsa poscit ad Parentem transitum.
℣. 13. Fiet nec hoc saltim, meum sed insuper
Palmis supinis flagitantibus Patrem
In nomine meo aurem applicabo haud tetri-
Faxoq;, gloria augeatur nominis (cus.
Per vos mei, perindè honos per me Patris

Qvæsi-

Qvæsitus est modis & auctus omnibus.
Vestris petitis annuam, pectusculo ℣. 14.
Pio profectis. Petite saltim in nomine
Meo, pias serenus audiam preces,
Amore si flagratis unicè mei, ℣. 15.
Velut ego Patris; agite jussis pectore
Fido meis obtemperate. Qvin qvoq; ℣. 16.
Si amore complectemini me mutuo,
Verè hoc redhostimenti erit vobis loco;
Subductus huic mortalium consortio
Nihil negantem Filio poscam Patrem,
Vobis ut alium redduit Parastatam.
Secretiora missus hic in pectorum,
Non deseret per omne tempus, scrinia;
Sed abditorum, inane qvæ per somnium
Velut videtis, veritatem suggeret.
Flatum sed hunce (veritatis Principem ℣. 17.
Fontem bonorum & omnium) Mundus bonis
Inanibus, vereq; transitoriis
Immersus haùd novit, videtve, nec capit.
Vos verò, spretis improbi præstigiis
Hujusce mundi, vera, non fallacia
Bona integro sectamini qvi pectore,
Novistis illum; & hic, latebras cordium
Semèl endogressus intimas vestratium,
Supremum ad usq; haùd deseret vos halitum.
Et contubernio licet viventium ℣. 18.
Mox exiturus subtraham vobis meam

Unum in diem vel alterum præsentiam;
Nolim tamen vos destitutos credere
Solatio verè paterno. Tartari
Victo Tyranno Victor ad vos Entheus
Priùs redibo, qvàm Patris palatia
Stellata visam, nec relinqvam sedulus
Per tesqva Pastor deviantes Orphanos.

℣. 19. Punctum est, minusq; punctulo, super meæ
Qvod additur vitæ: moriri, & improbo
Præsentiam mundo meam subducere
Est animus: At vos me, *mei charissimi*,
Stygis triumphato Tyranno denuò
Videbitis. Post fata cùm revixero,
Brabéa vobis æviternæ gaudia

℣. 20. Vitæ Brabeutes conferam. Tùm plenius
Intelligetis, qvòd, perindè me nihil
Patre à meo, Patrem nec à me distrahit;
Sic charitate glutinatos mutuâ
Nec mors mihi vos, méve vobis surpere

℣. 21. Possit vel ausit. Vos cavete præmiis
Minisvé mundi à memet avellamini.
Legum mearum diligens custodia
Praxisq;, vestri amoris erga nos erit
Criterion. Qvis namq;, cujus negligit
Præcepta, Herum illum diligat? contrà arguit
Sincerum amorem herilium observatio
Præceptionum. Nec sat est leges meas
Rescire, ni alto qvis reponat pectore,

Biden-

Bidentis instar & subindè ruminet.
Hoc qvi facit, jussisq; sedulo meis
Obtemperat, verâ ille re me diligit.
Nec me ille gratis diliget; sed mutuæ
A me meoq; præmium feret Patre
Dilectionis: nam reflectam lumina
In hunc benignus, & videndum me palàm
Ei exhibebo. Sic Iesus. Farier ℣. 22.
Sic contra Iùdas (non Magistri proditor,
Lebbæus alter ille sed cognomine)
Infit: Magister, cùm facul qveas, bone!
Ab omnibus jam conspici; nobis qvid est
Qvod tùm sies appariturus, ceteris
In orbe non sic? Jesus ergo, cognitâ ℣. 23.
Tàm crassâ eorum in explicato sæpius
Mysterio ignorantiâ, infit: O mei
Ne fòrs amici sitis ultrà penduli,
Hujus rei causas retexam, sedulò
Pendére par ab ore vos erit meo:
Mundo, hospes in celestibus cùm sit merus,
Me spernat, & leges meas fastidiat,
Non intuendum me dabo. Me corditùs
Qvi diligit, verè ille servando mea
Mandata, & innitendo constanti fide
Illis, sui vires amoris exseret.
Sed & hujus ego Patrisq; amore mutuo
Flagrabimus, dum pectoris per Spiritum
Communem utriq; intrabimus penetralia ℣. 24.

Nunqvam indè moturi pedem. Sed me im-
Qvicunq; ductus negligit fastidio; (probo
Mandata nostra, nostra nec solùm, Patris
Sed & mei, fastidit atq; despicit,
Qvæ namq; plenos imbibistis ad tubos,
Præeunte vobis me Magistro, dogmata,
Meo unicè debent Patri, qvi triplicis
Me adire jussit templa mundi, cœlicum
Ut panderem Sophos homulis, originem,
℣. 25. Et hæc qvidem, dùm constitutus victito
Mortalium mortalis in consortio,
Vestro applicans me captui, vobis loqvor.
℣. 26. Almus sed ille Spiritus, Paraclatam
Mittet meo petentibus qvem nomine
Vobis Pater, densis tenebris pectora
Immersa lustrabit procùl caligine
Omni fugatâ. Obscura vobis antea
Qvæ visa, sedulò retexet, suggerens,
Fluxisse qvæ videbit animis, ordine.
℣. 27. Pacem auream relinqvo vobis, nòn qvidem
Qvali suos beare suetus est Cupes
Perjurus orbis. Pace vos dono meâ.
Hæc vos Patri conjungit & conglutinat,
Ut subdolis mundus strophis, Orciq; Rex
In posterum vos nòn qveat disjungere.
Qvis ergò tantus vestra mœror pectora,
Ad cœlicum de transitu qvòd dixerim
Patrem, exedit? Pavor ilicet corde exulet,

Timor

Timor cruentis morsibus vos rodere
Cesset dehinc! Audistis, ut puto, atq; idem, ℣. 28.
Ne nesciatis, iterum & iterum seduli
Instar Magistri inculco vobis: Punctulum
Ad temporis vultum negabo amabilem
Vobis meum, haud vos deseram, sed ocyus
Redibo. Nostri qvodsi amor vos ureret
Sincerus, imi pectus in corpusculi
Fremeret recessu & æstuaret, transitus
Mei ad Patrem dum mentionem factito.
Fons omnis hic cum sit boni, majorq; me.
Largâ benignus semper indulgentiâ
Pragnantiore munerum foecundat
Devinciet vosmet sibi. Attentis parum ℣. 29.
Hæc me scio vobis locutum, nec satis
Considerantibus, ideo nunc reppeto,
Verbis monendos vosq; duco plusculis,
Ut, nostra dicta si exitus probaverit,
Credatis, eventura qvondam cetera,
Qvæ fando vobis expedivi sæpius.
Hæc post loqvar non multa cum mortalibus ℣. 30.
Mortalis, instat namq; tempus, Tartari
Cum me Tyrannus per suos Satellites
Summis adortus viribus leto dabit.
Sed nil ab hoc mihi imminet periculi,
Nam juris in me nil habet. Dum maximè
Ex morte promittit sibi victoriam
Meâ inclitam; mox ante currus duplicis
Substantiæ Gigantis, Orci regiâ Devi-

Devictâ, agetur omnibus risus piis.
℣. 31. Hæc transigam jussu patrito, homulluli
Ne nesciant honore colere debito
Memet Patrem. Sed hæc satis sedilia
Jam pressimus. Paterna nos hinc avocant
Mandata. Lictis sedibus qvin surgimus
Tristiq; nos leto lubentes sistimus.

CAPUT XV.

Perioche.

Vltiferaci sese JESU & comparans
Nobis amorem inculcat usq; mutuum.

Jam verò ne qvid à meo vos distrahat
Patris coævi & Flaminis, Judam velut
Pii Magistri prodigum, consortio;
℣. 1. Vos esse nolim nescios, me vividam
Stirpem esse Vitis; membra vos ceu *palmites*
E stirpe natos; optimum ac industrium
℣. 2. *Patrem Colonum.* Si qvis ergò palmitum,
Viti mihi insertus semèl, sine gemmulis
Sinceri amoris in DEUM atq; proximum
Truncus cluit cælebs & orbus, demetet
Hunc dente curvo Vinitor Saturnio
PATER supremus, & voracibus dabit
Flammis cremandum. Qvisqvis autē jugitèr
Adhæserit verâ mihi immissus fide,
Suâq; dignos stirpe fructus affatim

Pepe-

Pepererit; hunc meus repurgabit Pater
A sordibus, prægnantiores fœnore
Ut proferat cum plurimo fructus, Mei ℣. 3.
Vigore verbi, in qvo salutis hactenus
Spem collocâstis, palmites à putidis
Jam liberi estis sordibus, sed optima ℣. 4.
Habenda vobis cautio, ne palmites
Cassi reperti à Vitis avellamini
Corpusculo vestrapte culpa vividæ.
Ego vicissim, en dextera! in vobis agam
Virtute Diâ, charitatis vinculo
Mihi glutinatis. Namq; sicut surculus,
A stirpe divulsus semel, nil fructuum
De cetero ex se parturit, cùm vividum,
Paulò antè qvo superbiebat, unicè
E stirpe succum traxerit: Sic, copulâ
Nisi fidei & dilectionis vividâ
A vite botri pendeatis vividi,
Poteritis haud ullius operis edere
Fructum boni. Vobis cavete qværere ℣. 5.
Vitem, cui, me-præter, inseramini!
Ego Vitis illa sum, mei vos palmites.
Ex Vite si qvis palmitum, me habens sibi
Junctum vicissim, firmitèr pependerit;
Et auctu & indultu ille Dii Numinis
Me Vite dignos uberesq; proferet
Fructus. Nihil me erit negatum præstite
Vobis; negata sed manebunt omnia

Me

℣. 6. Me destitutos. Si qvis ergò palmitum
Temerario ausu se suâ divulserit
A Vite, qvales ille fructus proferat?
Nullos. Sed hic impune num Palmes feret
Lasciviam & proterviam? absit. Seriâ
Nam ni revorsus pœnitentiâ fide
Verâ mihi Viti inseratur denuo,
A vite tùm instar amputati palmitis
Herbâ moriente arescet, & furentibus
Magno fragore concremandus ignibus
℣. 7. Tradetur. Arcto charitatis vinculo
Mihi glutinati sancta dicta pectore
Si sedulo tenebitis, qvid est, meum
Qvod voce Patrem flagitetis supplici,
℣. 8. Nec auferatis ilicèt? Per hoc Patris
Mei patescet universis gloria
Mundi incolis, afferre si vos uberes
Eosq; me dignos Magistro viderint
Fructus, & indè chari Alumnos Filii
Vosmet cluere gnesios perspexerint.
℣. 9. Me odisse Vitem, corde patrio satam
Jacta orbis ante triplicis fundamina,
Pater neqvit, Pater Colonus optimus,
Amore sed me patrio complectitur.
Nec vos, mihi dilectionis copulâ
Fideiq; junctos palmites unqvam qveo
Odisse, sed, Pater perindè filios
Complectitur, sic vos ego. Saltim datum

Divi-

Divinitus bonum supinà perdere
Cavete negligentiâ, ne segregent
A Vite vos forsàn tonantis improbè
Sortis procellæ. Qvæ sit illa corditùs. ℣. 10.
Edisseram, me diligendi Regula:
Mea auribus percepta jussa scrinio
Secretiore pectoris recondite:
Et jugiter, parùm morantes, impius
Inanibus seu sæviat mundus minis,
Seu vafra blandâ verba fundat linguâ,
Servate; juncti sitis atq; perpeti
Amore mihi, mandata sicut exeqvor
Supremam adusq; mortis horam seduló
Patrita, non latum vel ungvem ab ipsius
Amore divulsus. Sed hæc magnà licet ℣. 11.
Conjuncta cum molestiâ & periculis
Inculco vobis, ut, meis vestigiis
Si olim endogressos perditorum factio
Vexaverit odiis iniqva atrocibus,
Meum erigat vos gaudium, sed gaudium,
E scriniis qvod nemo tollat cordium.
Leges Moyses ille, nostram præferens ℣. 12.
Verè figuram, clarus atq; cœlicâ
Virtute, patribus rogavit plusculas;
Opprobrium non pauciores seculi
Gentis Pharisææ dolosa factio

Fixit

Fixit popello; At unicam, qvæ ceteras
Uno ambitu complectitur, dum tristia
Si qvæ incidant, subindè reddet dulcia
Vobis rogabo: *Vos amore mutuo,*
Quo vos ego complector, amplectamini.
℣. 13. Mortalium ecqvod extat in consortio
Amoris & favoris evidentius
Criterion, qvàm si qvis animam (carior
Res qvâ inveniri non potestur altera)
Sui salute pro propinqvi impenderit?
Forsàn licebit, qvi erogent pecuniam,
Opellulamvé commodent, non pauculos
Reperire; sed, cui propinqvus charior
Vitâ sit ipsâ, rarus est. His omnibus
Me præferendum qvis neget? Precioſius
Vitâ qvid est? hanc ipsam amicis, hostium
Globoq; amicos (ni furore excluserint
Se se improbo ducti beatorum choro)
Ex hostibus qvo redduim, impendo lubens.
℣. 14. Vos interim meos amicos nomino
Qvos jure servorum potissem nomine
℣. 15. Dignarier. Legem secundum literam
Diam colentes, non secundum Spiritum
Servi vocantur jure merito, cùm metu
Ipsius, haud amore ducti factitent
Præscripta, nec qvæ sit sui sententia
Heri sciant; arcana cùm servis Heri
Cordis sui non creduint. Sed optimo

Vos

Vos jure amicos nuncupo, mysteria
Communico dum voce Patris optimi
Fidâ, ut novis subindè nòn sit legibus
Vobis opus mortalium, qvæ stigmata
Nòn rarò inurunt sæva conscientiis.
Veræ cluunt, medentur atq; mentibus
Leges meæ, jussu Patris qvas protuli.
Ravim ad usq; vobis hæcce pando, charitas ℣. 16.
Illustrior qvò nostra vos erga fuat.
Vos namq; meritis nòn prius vestratibus
Me provocâstis, charitate mutuâ
De jure qvis respondeam; Sed vos jugo
A legis usq; vindicatos asperæ
E fæce vulgi segregavi, ut, fertilis
Palmes liqvore sicut alitus vividæ
Solantia vitis vina vitam parturit
Seseq; fundit latiùs propagine:
Sic vos per orbis ampla euntes climata
(jucunda enim nullius existit boni
Sine socio possessio) genus homulûm
Prævaricando patrio avulsum polo
Docendo, fructus plurimo cum fœnore
Reddatis, omni nesciant qvæ seculo
Intermori, & nostro feratis nomine
Patre à meo petita corde credulo.
Mea, qværitis? qvot, qvanta sint, & qvalia ℣. 17.
Mandata? Numero pauca sunt, & admodùm
Facilia factu. Hæc inter ipsa est unicum

Ut nocti-luca inter minores Delia
Ignes, Pyropus inter atq; nobiles
Micans lapillos, inclitumq; literis
Binis qvaternis. Ecqvod illud? CHARITAS:
Adamantinum vos *Charitatis* vinculum
Ferruminet! qvid namq; amore mutuo
Facilius est in orbe, qvidve dulcius,
℣. 18. Qvid carius, qvid rarius? Lex intimo
Vestri sit hæc repôsta cordis in sinu,
Moti nihil, qvod, arctior dùm copula
Me vosq; jungit Charitatis, Tartari
In vos nigri Rex sæviat crudelibus
Odiis per orbis flagriones impii;
Indigna enim vobis prior sum pluria
Ab orbe passus improbo, qvis corrigant
Dum suggero, vitam peractam neqvitèr.
℣. 19. Odium orbis ergò in vos inexorabile
Signum fiet, partes tueri vos meas.
Mundana si saperetis & terrestria,
Mundi haud forent vobis timendæ subdoli
Strophæ, minæ, necesvé diræ; Spiritu
Sed digna cùm, nihil morantes terrea,
Monitore me sectemini, hinc crudelia
℣. 20. Exercet in vos odia mundus. Interim
Miremini cavete, vitam criminum
Innoxiam, nihil sibiq; consciam
Mundi ab odio haud tuerier vos aspero.
Non potior est conditio Servi (cordibus

Cavete

Cavete qvondam dicta vestris excidant)
Qvàm Heri. Magistro si dolos tot, integro
Vitæ atq; puro criminum, infandi necem
Ad usq; struxerunt nefandam stipitis;
In vos Alumnos efferà vi sævient
Multò acriùs. Mea obstinatis mentibus
Mandata si tempsére, ne miremini
Vestra monita olim si improbè fastidient.
Et hæc qvidem patrabit ille Alastorum ℣. 21.
Grex, ductus odio nominis sævo mei,
Pater secundum qvis siet volentiam
Cùm nesciant, nec non secundum essentiam.
Et se tamen novisse tot crepant modis
Falsò Patrem, Natum ipsius cum gnesion
Convitiis lædant nefandis & probris.
In orbis hæc, Patris Character vividus ℣. 22.
Cùm existerem omnium ante rerum infantiam,
Lapsus polo veni theatra, & indui
Mortale schema Matris alvo in Virginis,
Ut omnibus, verâ fide applicantibus
Meritum sibi meum, petulco nec pede
Idem infidelitate proterentibus
Vitæ darem perenni-duræ gaudia.
Qvodsi ipse, qvi æqvævi Patris sum Filius,
Qvo nemo in orbem major ac illustrior
Poteratur amandarier, nòn cœlitùs
Venissem, eis nec explicâssem singula

Trini Senatus Optimus-ter-maximus

Orator, in cujus labellis musteis
Dia illa vernat Gratia & Suadæ vigor,
Qvis sanius qvibant cor indipiscier;
Dubitationis aleam extra apistiæ
A crimine essent liberi infandissimo.
Jam verò, omissum cùm nihil per me siet
Cocytio qvò liberatos carcere
Cœlo patrito redderem, illi & insuper
Me exerceant odiis acerbis, nòn habent,
Apistiæ tantæ scelus qvo pallient.
℣. 23. Me qvisqvis odit, hic favére qvi meo
Patri qveat, virtute cujus edidi
Tot hactenus miracla, cujus Entheo
Mandata jussu protuli, qvæ protuli?
Nam mea profecta ab ore verba musteo
Aure imbibére; in ausa Diæ & indolis
Ad usq; torserunt stuporem lumina;
Et tamen abusi lenitate gratiam
Protervitèr fastidierunt obviam.
℣. 24. Miracla si nòn edidissem, seculis
Qvæ nemo Vatum præstitit prioribus,
Nec posteris daturus est, adamantina
Moverier qvis corda qvibant; turpium
Puri cluerent sordium. Sed edita
Vidére nòn citra stuporem, odiis tamen
℣. 25. In me Patrem q; sæviunt. Casu sed hæc
Ps. 69, 4. Non accidunt. Vates enim olim Regius
Alastorum exsecratur horum, Numinis
Spirabilis succensus æstu, acharistian Et

Et apithian. Me vexat odiis, inqviens:
Grex hostium datâ absq; causâ, cordium
Nec cœptus unqvam cedit ex fibris furor.
Sed dira labes orbis hæc increduli ℣. 26.
Nil derogabit his, fide verâ mihi
Qvi adhæserint. Nam ritè cùm tèr-maximi
Peregero mandata Patris, Spiritus
Et ille venerit Sacer, discrimine
In maximo certissimus Parastata,
Diæq; Doctor Veritatis inclitus,
A Patre missus; rem ille vobis ordine
Omnem retexet, undè paritèr Veritas
Mea detegetur, lenitas, Clementia
Patrum & Patratorum obstinata cœcitas
De me retrò-prædicta qvi tot seculis
Et lecta nòn intelligant. Et vos qvoq; ℣. 27.
Tùm redditi firmatiores Flaminis
Calore sancti, hæc ipsa testimonio
Vestrate confirmabitis, cùm cœlici
Evangelii Sophos imbiberitis ad tubos
Hucusq; plenos, indolis miracula
Et inclitæ videritis ipsi, testibus
Hæc dextra sæpè qvæ patravit hostibus.
Sed interim, qvi dicta cum miraculis
Fastidiant, nòn pauci erunt; at impios
Hos propter Empæctas, suâpte qvos juvat
Perire culpâ, ceterorum nòn item
Duco salutem negligendam. ——

Perioche.

QVid Christiane est, quid moraris perpeti
Sortis furentèr æstuantis impetus,
Orbis minas, proscriptiones, vincula,
Necesq; tandem? CHRISTUS ipse, consulens
Tuæ saluti, Ecclesiæ hæc veræ adserit
Indicia fore. Qvin ipse præivit viam,
Hunc Martyres longo sequuntur ordine,
Brabea quos manent repostæ gaudii
Effusioris à Brabeute amarantina.
Non Christiane est, cur moreris emori.

℣. 1. ———— Ceterùm
Hæc ante rem, Vos ô mei chariſſimi
Fratres, tamen non absq; re, prolixiùs
Mihi fuiſtis admonendi, regiâ
Ab agnitæ ne Veritatis semitâ
Mortis metus vos avocet. Qvæ, qvalia,
Et qvanta mundus moliatur, & Patrum
In me caterva, ob Veritatis simplicem
Profeſſionem Patriæ, conſtantiam
Verbisq; flecti neſciam minacibus
Ipſi videtis; ad ferenda fortitèr
℣. 2. Hæc & ſimilia præparetis pectora.
Throno Moyſis inſidentes Principes
Patrum, unicè ſibi vendicantes ecphraſin
Legis, repellent vosmet à conſortio
Eccleſiæ; mox impeditos compede,

In

In ſqvalidi & truſos tenebras carceris
Cædent flagellis, & neci vos improbis
Dabunt modis, rati Deo gratiſſimam
Seſe immolare victimam. Hæc ſed omnia ℣. 3.
Et his acerbiora multò, ſævitèr
Alaſtorum in vos grex patrabit, nòn qvidem
Ob probra, cædes, furta, ſtupra, crimina;
Sed qvòd Patrem nòn noverint, nec me, Pater
Seſe intuendo à ſeculorum ſeculis
Qvem corde genuit patrio. Præſentiâ ℣. 4.
Hucusq; veſtram noſtrâ fovit debilem
Fidem; Sed inſtet ad Patrem cùm tranſitus,
Ob nominis qvæ, qvanta, gloriam mei
Teneamini mox ſuſtinere, vos priùs
Duxi monendos, hæc ut olim ſi fuant,
Prædixè me retrò tot annis patrio
Memineritis pectuſculo. Sed primitùs
Vos ô mihi cùm jungerem chariſſimi,
Hæc præterire malui ſilentio,
Et noſtra tùm ſuadebat id præſentia.
Ad patriam ſed cùm mihi ſtet regiam ℣. 5. 6.
Redire luſtris jam peractis bis tribus
Ternis & annis, gratiâ potiſſimùm
Veſtri; fibras dolore verba, qvæ loqvor
Hucusq;, tanto ſauciârunt cordium,
Vos inter ut nemo ſit, in re maximi
Qvi ſciſcitetur ponderis: qvæ mens mihi
Sit? qvóve vadam? Nempè veſtro perpetim ℣. 7.

Vobis videtur perfrui consortio;
At nòn idem Dio fuit Senatui
Visum, rei nec hocce consultum foret
Mortalium modo. Ergò vestro & omnium
Ut consulatur commodo mortalium,
Dio rigori fiat & satis; meus
Tandem Pater placandus est hoc transitu.
At qværitis: qvid indè nobis commodi?
Prægnans satis. Qvod illud? hoc. Ocellulis
Servile vestris schema ni subduxero,
Ad qvælibet, Parastata ille Spiritus,
Ferenda qvi vos reddet infortunia
Fortes, penetral non subibit cordium;
℣. 8. Sin abiero, næ Proxenetam desuper
Ex Patre mittam Spiritum, qvi triplicis
Incredulum convincet orbem criminis.
℣. 9. Et apistiæ primò omnium (qvæ cetera
Uno ambitu complectitur) qvod Spiritu
Nòn mavelint ducti maligno credere,
Me præter esse neminem, qvi sarciat
℣. 10. Generis ruinas morte lapsi; sed Dicæ,
Temptâ qvòd illâ, qvam merebor sanguinis
Sanctissimi profusione collocent
Fiduciam in operum putidorum præmiis;
℣. 11. Sed Judici, qvòd Rex Stygis, mortalibus
Infestus hostis, jam sit exutus suis
Armis, barathro sub jugum Cocytio
Virtute missò patriâ, nec illius

Davi

Davi strophæ restent timendæ inposterum
Vobis Panurgi ut & Cacurgi subdolæ.
Hæc hactenus. Sed mentium imbecillitas ℣. 12.
Vestratium facere suadet verbulis
Damno licet volentiæ, compendium.
Residua Sancto sint relicta Flamini, ℣. 13.
Id Veritatis Pneuma cùm sit, regiam
In Veritatis diriget vos semitam.
Delira namq; Veritatis Spiritus
Mentirierq; nescius non propriæ
Commenta mentis, fumum uti vendens vice
Veri levem, ille suggeret; sed abdita
Ab indè seclis nostra pariter & Patris
Sacra reteget, casus & ævi singulos
Omniscius pandet futuri Spiritus.
Hic gloriam nostri per orbem Nominis ℣. 14.
Evangelii reddet celebrem dogmate
Honos mei perinde crescet ac decus
Per me Patris. Vobis nec ille suggeret
Diversa ab his, qvæ accepta tradidi meo
A Patre vobis, cùm videlicet bona
Nos inter invicem sient communia.
Amœna fons per prata sicut defluens ℣. 15.
Et amabile pecori exhibens frigus vago,
Fessis adunco bobus atq; vomere,
Ob fluxionem non minor fit perpetem:
Pater haùd secùs Fons omnis est meus boni,
Ex qvo perennè cuncta profluunt bona;

Sed interim vos esse nolim nescios,
Nil esse Patris, jure mi qvod optimo
Non vendicem; nil utriusq;, Flamini
Ceu proprium qvod non sacrato competat.
Hoc illud est, qvod antè monui: Nil novi
Nec insueti proferet, sed de meis
Petita vobis suggeret, qvæ suggeret.
℣. 16. Tot hactenus solatiis, tot commodis,
Parastatæ qvæ suggeret præsentia,
Firmatiores redditi convicia
Molestiasq; ab orbe vobis improbo
Forti imminentes sustinete pectore,
Servate, rebus inq; duriusculis,
Qvæ mox seqventur, vos secundioribus.
Breve spacium est, cùm distrahemur invicem,
Diuturna sed non ista erit divulsio:
Nam mox revortar, meq; vobis (transitus
Saltim ad Patrem mors nostra cùm sit) denuò
℣. 17. Sistam videndum. Tanta sed Virûm undecim
Corda occupârat ægritudo, ut pectore
Deprompta qvæ fido Magister hactenùs
Tot explicaverat modis, nec tùm qvidem
Intelligant. Sese inter ergò occultiùs
Mussant: sibi qvid hæc volunt ænigmata:
Brevi hora erit, qvo visui me subtraham
Vestro, sed hora mox redibit, denuò
Qvâ vos revisam, nam revortar ad Patrem?
℣. 18. Hunc, qvæso, qvi videbimus, sese ad Patrem

Qvi

Qvi transferet? Momentum & hocce temporis
Qvid pollicetur, intuendi copiam
Nobis sui qvo detrahet? Qvid item alterum
Nobis facultatem vicissim qvo sui
Faciet videndi? Obscurus & perplexus est
Hic sermo, sensum possumus nec assequi.
JESUS sed, æstus inqvieti pectoris ℣. 19.
Qvem nòn latent, intelligens, qvòd undecim
Se scisciterier Virûm vellet globus,
Sibi hactenus qvid dicta vellent? maluit
Doctoris instar seduli succurrere
Discentium ignorantiæ, atq; ultroneo
Qvæsita responso antevertere tempori.
Hoc nempè confusam antè vobis eripit
Mentem, inqviens, ut invicem scitemini:
Qvid sit, mei qvod intuendi copiam
Ad temporis negabo vobis punctulum
Vestro ilicèt reddamq; me conspectui?
Pauca admodùm, sed vera, pro re protuli ℣. 20.
Et proferam. Vosmet vacivas aurium
Ædes locate, nec malis concedite.
Sqvalebitis mœrore, luctu, lacrymas
Et agetis instar fluminis; contrà improbi
(perindè re gestâ optimè) orbis gaudio
Perfusa falso gestient præcordia.
Sed læta brevitèr subseqvens Catastrophe
Munire forti vos suädet gaudio,
Sedare & infixum dolorem pectori.

Namq;

Namq; improbi (res mira!) mundi gaudium
Dolore; Vester gaudio contrà dolor
℣. 21. Ingente permutabitur. Proin breves,
Spe maximi mox subseqventis, pectore
Forti dolores sustinete, gaudii.
Vicina enim sicut marita partui
Gravia dolorum pertimescens tormina,
Forti, ingruunt qvotcunq;, perfert pectore,
Et temnit alto mensium pectusculo
Bis qvinq; longa tædia & fastidia
Erecta spe mox extituri filio
In nascituro gaudii: Sed tormina
Partus beata ut hora primùm finiit,
Fœtumq; in auras editum lucis videt,
Tantâ ilicèt perfunditur dulcedine
Mentis, siet qvòd facta mater filii,
Partus dolores ut graves nòn ampliùs
Moretur, imò gaudium longum sibi
Dolore perbrevi coëmptum gaudeat:
℣. 22. Secùs haùd, qvod instat, temporis momẽ bre- (ve
Mœrore vestra sauciabit pectora
Planè insuëto; & jam qvidem tenemini
Dolore tacito: Pauca sed post momina
Vosmet triumphato revisam Tartaro
Et gaudium perenni vivax, gaudium
In qvod vafri penitus Tyranni, præstite
Mei Patrisq; Spiritu, juris nihil
In posterum sibi vendicent, gaudebitis.

Perple-

Perplexa jam vobis videntur pleraq;, ℣. 23.
Suſpenſa & hæc propter tenentur corcula;
Die ſed illâ gaudio præſentiæ
Præ maximo nil me amplius rogabitis.
Saltu dein ſtellata cùm meavero
Ad regna Patris, nullo egebitis bono.
Namq; applicabit rebus aurem in arduis
Qvoties ſalutis ſpem locantes unicè
In nomine Patrem flagitâritis meo,
Placabilem. Nil flagitâſtis patrium ℣. 24.
Hucusq; Numen, corporis præſentiâ
Fiſi mei. Ciete voce ſupplici
Dehinc Patrem, clemens & æqvus audiet
Petita, ſi non ſempèr ad volentiam
Certè ad ſalutem; ut gaudium, reditus brevi
Vobis meus qvod pariet, integrum fuat.
Obſcuritatis non parum, qvæ protuli ℣. 25.
Hucusq;, vobis continére viſa ſunt;
Sed inſtat hora, qvâ absq; griphis omnibus
Et involucris Proxenetâ Spiritu
Vobis revelabo Patris volentiam.
Qvæ, qvalia ille, qvomodo (ſint ardua ℣. 26.
Licet atq; magni ponderis) Numen Patris
Vobis meo ſit flagitandum nomine,
Tùm ſuggeret; nec in mei petentibus
Qvicqvam optimus Pater negabit gratiam.
Nec vero ſic intelligatis hæc velim
Ac ſi patrono me Pater, placabilis,

Exau-

Exaudiat, non aure duriuſculâ
℣. 27. Vos clamitantes; Namq; qvi nòn annuat
Suâpte votis ſponte veſtris, mutuò
Illos nec ardeat, ſuum qvos Filium
Amore novit arctiore amplectier?
Qvî nòn amet vos mutuò, qvi cœlitùs
Veniſſe nôſtis creditisq; Flium,
Et ſingula facere atq; dicere patriâ
℣. 28. Autoritate? Imago Patris unica
Seclorum ab inde qvi vigebam ſeculis
Lapſus polo ſervile corpus indui,
Solatium vobis & omnibus piis
Futurus, & ſtraturus ad polum viam,
Peccata propter perditum deformia;
Sed expeditis, arduo juſſu Patris
Qvæ propter æviterni in orbem veneram,
Ad regna porrò commigrabo patria.
℣. 29. His ergo confidentiores redditi
Verbis Alumni, Iö, Magiſter, inqviunt,
Similia griphis viſa nobis hactenus
Ut ſunt aperta, plana, diq; lucida,
Ænigmatum nec involuta ambagibus!
℣. 30. Cùm noveris ergo, Magiſter optime,
Temerè aut malignè qvicqvid erramꝰ, timor
Pudorvé denſis qvod tenebris occulit,
Hinc ſcilicet te cuncta nôſſe ſciſcimus,
Nec indigére in poſterum, ut te qvispiam
Qvis ſciſcitetur; credimusq; firmiter

Divi-

Divinitùs te prodiisse. Hæc undecim.
Sed Jesus horum audaciam, atq; pestilem ℣. 31.
In re arduâ præsumptionem, lenitèr
Retundit atq; corrigit. Qvare, inqviens,
Qvod Flaminis solius efficaciæ
Tribuendum erat, vos viribus nunc propriis
Audaciùs, qvám tutiùs, qvám veriùs
Habere dictis, heu! fidem præsumitis?
En! instat hora, & venit illa jam qvidem ℣. 32.
Ubi, qvanta virium sit imbecillitas
Pandetis & reapse declarabitis.
Velut, leo qvandò coactus improbâ
Fame in pecus passo ore sævit acritèr
Mutum metu, pars trahitur, atq; manditur,
Pars se eripit leto fugâ certissimo:
Haùd secùs Alastorum ille si grex impetu
Me in stipitem acturus crucis, nefario
In me furenter irruet, vos turpitèr
Fugietis omnes ocyores Africo,
Hac ille, at illac alter, exsangues metu,
Fòrs improbè ne prodat alter alterum.
Sed interim licet ope me nemo suâ
Vestrum levet; Pater tamen me compotem
Reddet salutis. Interim latére vos ℣. 33.
Hæc nolui, pax aurea & securitas
Ut illa, timidis parta conscientiis
Per me, indies adaugeatur prosperis
Successibus. Dehinc mundus in vos sævitèr

In me

In me perindè, exsurget & grassabitur
Tumultibus, strophis, cruentis machinis
Et cædibus; Sed esse macte suadeo
Vos mentibus; nec suadeo, sed imperat
Nostra orbe domito parta idem Victoria.
Vici orbem Ego, vincetis & vos cœlici
Verbi machærâ, suggerente mentibus
Robur meo Flatu Entheum. Imbecillitas
Metuq; dubia temporis nunc pectora,
Non diffitemur, vestra habent; sed Spiritus
Vobis dabit robur meus, vos vincier
Reddetq;, qvoties exiget res, nescios.

CAPUT XVII.

Perioche.

Numen patritum Apostolorum flagitat
JESUS salutem; charitatis regulam
Nobis relinquens mutuæ sanctissimam.

Solatiis, cœlestibusq; dogmatis
Cùm torpidos, fide admodumq; debiles
Statuminâsset undecim adversus vafri
Ludibria orbis, & sinistræ turbidas
Fortis procellas; alta JESUS sustulit
Ad astra ocellos, Numen atq; patrium
Palmis precatur hunc plicatis in modum:
Optata votis illa tandem plusculis

Illuxit

Illuxit hora, *Sancte Genitor*, unicum
Munimen humanæ salutis, Filii
Qvâ gloriam nomenq; reddes nobile
Inter homines leto crucis spontaneo,
Et anastasi lætissimâ, qvò nominis
Honos tui decusq;, Nati gloria,
Inter fuat Gentes celebre & nobile
Qvocunq; sub cœlo repostas : Filio ℣. 2.
Vires perindè, robur, & potentiam
Tuo dedisti transferendi patria
In regna gentes, qvas recurrens adspicit
Facie serenâ Cynthius, nisi impiè
E classe semet eximant fidelium.
Hæc porrò regna sunt patrita, seculis ℣. 3.
Et vita nullis terminanda, ut te, DEUS
Qvi solus audis verus, & rerum potens,
NATUMq; missum desuper, mortalium
Ut asserat cœlo genus, miraculis
Oraculisq; cognitum concentibus
Festis sonent. Nomen tuum miraculis ℣. 4.
Diiq; Verbi dogmatis summâ fide
Illustre in Orbe reddidi, pari fide
Ad reliqva promptus exsequendum munia.
Intentus hactenùs meæ non gloriæ ℣. 5.
Patrocinor, sed patriæ. Ergò, mi Pater
Intelligat contrà fac orbis mi Pater
In eam receptum denuò me gloriam
Qvam condita ante tecum habebam secula.

℣. 6. Nomen tuum, tuiq; honorem nominis
Gregi pusillo & simplici, inde ab agminis
Legis sacratæ nescii atq; fœderis
Qvem tortuoso segregatum tramite
Mihi tradidisti, singulari industriâ (cem
Retexui. Hunc, inqvam, pusillum & simpli-
Gregem, tuum munusculum, per mitia
Verbi verendi hucusq; pavi pabula.
Hæc ruminantur, hæc remandunt, firmiter
Extremum adusq; his acqviescent halitum.

℣. 7. Nec enim his qvit esse incognitum, qvòd do-
Autore te prolata sint, qvæ protuli; (gmata
Et hoc sibi persuasum habent, qvod patriâ
Virtute, qvæ, qvot, qvanta feci, facta sint,

℣. 8. Miracla. Namq; verba scrinio tui
Qvæ protuli secretiore corculi
Læti capessunt, atq; credunt, inclitis
Summi profectum me poli palatiis
Dii Senatus Archi-Cancellarium (probi

℣. 9. Veniſſe in orbem. Horum salutem, ab im-
Qvos fæce mundi segregâsti putidâ
Te posco; non mundi, meorum prodigi
Oraculorum, luxuiq; dediti.

℣. 10. Ergò tuorum te, *Pater sanctissime*
Posco salutē, ut, cùm omne, qvicqvid est me-
Te jure concernat, tuumq; qvicqvid est (um
Me jure concernat pari, constantiâ
Horum moveri nescià (obstinatiùs

Primis

Primis Patrum mihi reclamitantibus)
Mei per orbem adaugeatur nominis
Honos decusq; Augusto at illo munere ℣. 11.
In veritatis dirigendi semitam
Verbi sacrati regulâ, qvos lubricus
Fefellit error criminum, dexterrimè
Tandem peracto, mox poli palatia
Adibo tumulo contegendum corporis
Systema tradens. Hi tenebunt interim
Vices meas, terras & incolentibus
Orbis remotas & propinqvas gentibus
Evangelii sophos loqventur, ad tubos
Ipsis bibendum qvod dedi pleniſſimos.
Hos ergò, Olympi augusta mox palatia
Aditurus ardui, *Pater sanctiſſime*,
In Veritatis agnitæ duc semitâ
Ut dogma eorum & vita nostro dogmati
Vitæq; conformis siet, per omnia
Tuis ego ut jussis fui consentiens.
Mensæ mihi sacratioris fœdere ℣. 12.
Hucusq; junctos, & necessitudinis
Secretioris copulâ, augustissimi
Verbi bacillo læta duxi in pascua
Opinionum noxiarum toxica
Ne fors nocerent, diligenter providens
Mihiq; qvot concrediditi, putidis
Lectos ab orbis fœcibus, custodii
Omnes ad unum. Is namq; contubernium

Prodendo me furum maniplo sæviter
Qvi polluit sanctissimum, torto sibi
Elisit, eheu! fune collum, seculis
Ps. 108, 8. Ut plurimis Vates retrò prædixerat.
℣. 13. Sed ut tuis hucusq; jussis parui
Lubens libensq;, ut adseram Cocytiis
Ex hostibus mortalium gravi genus
Pressum jugo: Sic prædicandi munere
Plenè peracto morte gentem ultroneâ
Integritati ut redduim deperditæ
Phlegethontii qvondam Draconis artibus,
Mundum tibi me redditurus deseram.
Et hæc qvidem, vitalis usu luminis
Dum perfruor, recessu in imo corporis
Ut corda amicorum perenne gaudium
Seclis nec ullis desiturum gaudeant.
℣. 14. Evangeli purum-putum ipsis miscui
Nectar; Colens sed orbis insanus DEI
Veri loco metalla, ligna, marmora,
Densis & immersus tenebris, aspero
Hos exedit odio; ipsius cùm commodùm,
Nostras secuti, à partibus desciverint;
Perindè me perosus est, *sanctissime*
Pater, tuæ qvi parui volentiæ.
℣. 15. Extremè at Orbis improbus, turpi tui
Meiq; ductus vilipendio, licet
Certatim in hos exsurgat odiis acribus;
Nolim tamen, commercium & consortium

Dum

Dum desero orbis, nostra jam vestigia
Hos subseqvi. Sed qvæso temet, provide,
Mitis Pater, ne Veritatis agnitæ
Ab orbitâ malorum ad anfractus (fluit
Nectareus ore rivulus qvis blandulo
Virusq; fibræ pectoris spirant merum)
Curvos protervitèr ruant. Verè cluunt ℣. 16.
Pulli mei, meiq; membra corporis,
A gente, fœderis sacrati nesciâ,
Planè remoti. Ego perindè crimine
Omni solutus, atq; magno qvælibet
Pectusculo fastidiens terrestria
Tibi vero amoris copulatus glutine
Adhæreo. Præstes eos, à cœlicis ℣. 17.
(hæc veritas sunt pura puta, nil habens
Fuci, *nihil fumivè* vani) oraculis
Ad tesqva latum ne vel unguem devient;
Ut, jussa tua mundo velut dilucidè ℣. 18.
Fando expedivi, liber à contagio
Gregis scelesti: Sic & ipsi climata
Vasti Magistrum me secuti sedulò
Orbis pererrent, âq; curvo tramite
Alastorum multos reducant Entheæ
In Veritatis orbitam. Hæc propter tibi ℣. 19.
Me odoris in suavè olentis gratiam
Mox immolabo victimam, qvò sanguine
Et hi meo fœdâ expiati criminum
Contagione perseverent agnitâ

In veritate, & jugiter constantiâ
Adhæreant nobis moveri nescià.
℣. 20. Nec te salutem chare saltim flagito
Horum Pater; sed & omnium, qvi Dæmo-
Olim latriæ mancipati dogmata (num
Per nostra, ab illis prædicata, pestile
In me exsuent cor, masculeq; Dæmonum
Furori euntes obviam, atq; subdolis
Mundi strophis renuntiantes unico
In me locabunt jugiter fiduciam;
℣. 21. Ut, legibus velut tuis per omnia
Me præbui consentientem, neutiqvam
Divulsus abs te: sic & ipsi glutine
Mihi vero amoris copulati, fœderis
In orbitâ sancti perennè inambulent,
Et testibus tot victus Orbis unicè
Debere se mihi salutem creduit.
℣. 22. Per Spiritum, Divini amoris fomitem
Dotes meas transfudi in ipsos, gloriam
Meamq; nil parcente dextrâ tradidi
Per te mihi concreditam, ut concordia
Cœlo orta, me perindè teq;, nexibus
Horum liget perenni-duris pectora.
℣. 23. Almi dehinc agam potenter Spiritus
Virtute in his, per me velut miracula,
Indicia Numinis, dedisti; Sic fuat,
Ut spiritu gavisi eodem mutuæ
Concordiæ nexu minùs-solubili

Cohæ-

Cohæreant; demumq; mundus, dogmatis
Conformis horum vita si sit, cœlitùs
In ampla mundi intrâsse me palatia;
Et amore nòn minore te complectier
Hos, qvi mei cluunt Alumni gnesii,
Ac memetipsum, sentiant. Velim *Pater,* ℣. 24.
Ut contubernio usus hactenùs meo
Ex orbe lectus undecim Virûm globus
Meæ sit olim gloriæ consors, ut est
Afflictionum temporis nunc particeps.
Nec est amor recens, recens nec gloria,
Ortus sed expers, atq; serâ temporum
Major senectâ, qvam mihi daturus es.
Namq; orbis ante infantiam, inde à seculis
Me seculorum amore verè patrio
Complexus es. *Pius, Pater justissime,* ℣. 25.
Brabea, pœnas lance justâ dividens
Turbæ scelestæ; mira dictu, posteris
Credenda vix, sed vera tamen & cognita
Tibi loqvor: Pii Magistri sedulò
Hucusq; functus munere omnium nihil
Omisi eorum, qvis tua Orbi gloria
Patesceret. Sed scævitatem heu gregis
Parùm-fidelis! me tuam dum negligit
Propaginem, miracla temnit Enthea,
Fidemq; verbis detrahit; te negligit,
Tua ipsius miracla fastidit, tuis
Fidemq; verbis derogando te omnium

Rerum Satorem cum periclo propriæ
Nescit salutis. Sed tuam indè à seculis
Noticiam ego mihi integellam vendico
Pariter secundum Essentiam & Voluntiam.
Et hi mei novére Symmystæ sacri
Vigore verbi patrio jussu inclitis
Venisse celsi me poli palatiis.
℣. 26. His antè paulò sqvameo in salsis vadis
Generi insidias struentibus, paupellulis
Tenui creatis sorte, rerum & artium
Planè imperitis nominis gnosin tui
Plenos bibendam ad usq; tradidi tubos,
Faxoq;, in his ut augeatur indies
Noticia nostri, ut proseqvare in posterum
Eos amore, me usq; qvo complexus es,
Ævo dies qvem non seqvens expunxerit.
Sic fiet, ut nihil morati temporum
Malignitatem amore nostri diffluant
Sancto vicissim, adversus & sic improbi
Mundi tumultus & Stygi tyrannidem
Sævam Draconis perpetim invicti sient.

ACTUS I.

Extra mœnia Hierosolymorum

IN HORTO.

JEsus extra Urbis mœnia se recipiens vadit supra torrentem Cedronis

Matth. 26, 30. Johan. 18. 1.

ALto sati Regum Ducumq; sanguine
De subditorum patriæq; commodis
Deliberatas mentibus sententias
Multùm diuq;, tandem IÖVA præstite
Lætum solent ad exitum deducere.
A seculorum JOVA qvæ ter maximus
PATER, salutis ipse Doctor FILIUS
Ductorq;, & indivisa FLATUS copula
SACER utriusq; factitare seculis
Deliberando destinavit, nescius
Mentirier, tenaxq; veri perficit.
Dictis inest ejus fides & veritas *Ps. 33, 4.*
Veriq; & oris usq; cognitus sua *Ps. 111, 8. 9.*
Sancte tuetur pacta, & icti cum suo
Eum popello prædicabit fœderis
Memorem æviternis omnis ætas laudibus.
At seculis retrò tot, ante infantiam *Eph. 1, 4.*

Ipsius orbis in suo nos Filio
Mortis reos, amore verè patrio
Apoc.13.8. Complexus est, agnelli ut instar Filium
Innoxii mactandum ad aram totius
Pro crimine Orbis destinàrit horridæ
Crucis. Futuri idem, monente Flamine,
Docti Prophetæ concinebant. Victimæ
Idem cruentæ tot monebant, Filium
Jovæ futurum victimam, ne victima
Rogi foremus nos cremanda luridi;
Esa. 53.5. Sed ut recepti ex hoste valido cœlitum
Metu absq; viveremus in consortio.
Luc.10.24. Tandem ergò cùm Regum Ducumq; plusculis
Suspiriis desiderata, victimis
Nec non typis umbrata, Vatum & Entheâ
Firmata voce lux Olympo illuxerat,
Mortalibus lux grata lapsis; mens manet
Immota JOVAM morte NATI his reddere
Poli atrium prævaricando perditum,
Cunctis ut ejus veritas notescceret,
Nulloq; clausa termino clementia.
Satus ergò corde Patris almi Filius
Exordium trinæ ante rerum machinæ
In huncce cùm venisset orbem, ut erutos
Nos morti, ahenis ac averni vinculis
Suo reduceret Patri, moliminis
Tandem ardui rem tentat ipsam. Animantibus
Nox atra defessis soporem sva serat,

En!

En! ultimâ cœnâ peractâ, fœderis
Exordio novi, cygneo & aureo
Qvam vere Iesus finiit melismate,
Charis amicis cinctus undecim ocyùs
Urbem inclitam bis sex reliqvit ostiis,
Cedronis & fluenta nigra transiens
Sata juga olivis perpetum frondentibus
Conscendit, ut, pudenda propter crimina
Iræ æstuans æstu Patris cor flecteret,
Suis amœnas ac amicis redderet
Sedes Olympi; tùm improbis calonibus
Et proditori sponte semet sisteret,
Clemens cui, benignus & mitis Pater
Locum relinqvit pœnitentiæ, sanius
Nùm fòrs cor indeptus fugaturus procul
A se esset ausus hosticos. Nam nemini
Adjudicat stygem ilicet Natus DEI,
Qvotcunq; mores desuëscunt impios,
Vitæ dolentes & peractæ crimina
Mœsto ore Patrem flagitant, donat polo.
Judam beatum ter, qvater, fidi locum
Dictis Magistri si reliqvisses bonis,
Cœcus nec auri amore, matris criminum,
Patris æviterni prodidisses Filium
Sub fraude amicâ! Te dehinc pro gaudio
Manet ejulatus atq; stridor dentium,
Pro cœlo avernus, faucibus vastis patens,
Ingens vorago tetro & immenso specu,

In-

In qvam semèl demersa gens mortalium
Perit, retrò gressus vetat reflectere
Chaos avidum, & leti triformis Janitor.
Benigne cum JEHOVA nil præter qveam
Peccare, criminumq; Numen sarcinâ
Magnâ indies lædam tuum graviſſimè;
Da, morte Nati memet erigam tui,
Ne dira desperatio menti obvians
Duris Stygi me adjudicet portis fori;
Sed da tuam, *benigne CHRISTE*, gratiam,
Ne valle mortis atræ in umbrosâ migrans
Et luctuosâ spiculis deterrear
Ejus venenosis, minisq; tetricis;
Sed omnium cinctus beatorum choro
Vadam ad virentes pace sedes perpeti.

Scandalum ex sui captivatione sumendum Apostolis CHRISTUS prædicit.

Matth. 26, 31. Marc. 14, 27.

Priori partim Cύμψηφον.

UT tota CHRISTI vita ad usq; flebilem
Fuit exitum juventâ ab indè blandulâ
Mera passio, luctus, dolorq;: Sordido
Sic non fefellit otio breviusculum
Vel punctuli momen; Sinu sed dogmata
Prolata Patris intimo, Patrum globo,
Rudiq; vulgo, Apostolis, & septies

Denis

Denis Alumnis singulari industriâ
Fando explicavit, Entheæq; plurima
Miracla fecit indolis. Qvis nesciat — Luc. 9, 18.
Inter meandum qveis Alumnos ter qvater — Matt. 16, 13
Instruxerit fidelè verbis, qvàm procùl — Marc. 8, 27
Opinio de se atq; personæ suæ
Mysterio concepta vulgo ignobili
Et mobili distaret à veri scopo?
Facundo ab ore verba dignis qvis modis — Joh. 11, 11.
Fando explicet profecta Lazari super
Longo sibi usu cogniti fato, levi
Somno qvod ipse comparat? qvis lacrymis,
Qvæ sauciæ victæq; mentis sunt cruor,
Sit par Apelles, Tulliusvé, pectoris
Ab indè ductis scrinio suspiriis?
Templi sedentem ad sacro sancti limina — Joh. 9, 7.
Utroq; captum à ventre matris lumine
Reddit videntem, saxeo cùm grandine — Joh. 8, 59.
Semet Patrum turbæ petentis cautius
Cedens furorem evaserat. Nihil, merum — Luc. 19, 1.
Præter favorem, gratiam, clementiam
Spirantibus Zachæum in Urbe, dulcibus
Palmisq; fructibusq; consitâ, beat
Dictis, & impio evocat telonio.
Ne fœda narrem sputa, sannas, scommata, — Luc. 18, 22.
Ludibria, dira vincla, mortem, vulnera,
Qvæ mœsto Alumnis ore præcinit, mera
Fingentibus, nil mente præter somnia

Sibiq;

Sibiq; persuadentibus, qvà triplicis
Iter orbis immensum patet, regnum fore
Terrestre CHRISTI, se Dynastas inclitos,
Reges, Toparchas, Despotas & Principes,
Ditione qvi premant potenter subditos.
Qvod ergò momentis Iësus præstitit
Monendo Alumnos singulis; id ultimâ
Vitæ fidele præstitit sub clausulâ.
Ut namq; JESUS, verum äthales tenus
Vestigia talo summa tinxisset pedum,
Fidelibusq; mensam adornâsset suis
Epulis merè Diis refertam & cœlicis,
Sub pane, dulci subq; musto sanguinem
Vivendi & insuper beatè, & mutuæ
Canones rogâsset charitatis, arduis
Laboribus parcit nihil, nil tædiis.
Qvin & nigri rivum Cedronis transiens
Palmis jugum pinguiq; olivâ consitum
Conscendit haùd mutus, sed ora mœstitèr
Infit resolvens: O amici, rem novam
Parumq; gratam vos docebo, credite
Saltim loqventi. Hàc nocte mox ut sæviet
In me noverca Fors iniqva, maximæ
Offensionis atq; scandali omnibus
Occasio præbebitur, meis fidem
Dictis habete. Mensq; mœret saucia
Gravi dolore, vos, ab anno tertio
Junctos mihi qvos fovi in ulnis, blandula

Mater

Mater perindè Filium, ne ſubdolus
Strueret dolos fors hoſtis, offenſos ſtatu
Afflictiore tanta ſubitò oblivia
Potàſſe noſtri, ut pejerare nòn ſiet
Religio vobis ad malignæ protenus
Sortis procellam vos nec unqvam lumine
Vidiſſe me, nec noſſe, terga ſed dare
Turpi fugæ, ſolumq; me lictoribus
Diris tenendum & vinciendum linqvere.
FLATUS ſed hæc *Vates* repletus gratiâ *Zach.13.7.*
Multis retrò futura cecinit ſeculis
Dùm ſic Patrem facit loqventem: En ictibus
Pulſabo denſis fæce nòn ex infimâ
Qvemvis popelli, nòn Calonem, filium
Telluris aut ignobilem; ſed pectore
Heroa conſitum meò tùm, cùm aſtrici
Nondum voluti orbes in orbem temporum
Statas vices deſcriberent, è ſemine
Mortalium cui nemo cretus munere
Formæ audeat vel roboris contendere
Hunc ictibus pulſabo crebris; Complices
Divulſi at ejus ilicet qværent fugâ
Sibi ſalutem, nòn ſecùs bidentium
Grex atq; inermis hac & illac effluunt
Sævos lupi ne fortè dentes ſentiant.
Scit nempe multis retrò Ieſus ſeculis *Jeſus omnia novit. Auguſt. de temp.*
Qvæ fata ſint manſura cunctos, corculi
Medicus minutas ipſe fibras abditi

Æthe-

Ætherius inſpicit, ſinusq; mentium
Rimatur, atq; punctulo denuntiat
Qvo temporis ſit pertimeſcendum grave
Tentationis pondus, aut apiſtiæ
Frigus. Sed hæc vulgaris & cujuslibet
Non ſunt Medentis, Jure JESUS optimo
Pſ. 7, 10. Soli hæcce vendicat ſibi, qvem pectoris
Imi in receſſu præterit nil abditum
Pſ. 139, 2. Qvem nec ſonus vocis latet minutulæ,
Qvam lingua fundit corculumvè concipit.
Joh. 2, 25. Nec indiget, qvi flexuoſos cordium
Tenet ſinus, eosq; fabricatus eſt,
Cui qvisq; qvicqvam in capſulâ qvid hæreat
Peccatum odit. Corcli latenter, explicet. Dein crimina
Vitare diſcamus futura, Conſpicit
Qvi cuncta juſtus providusq; crimine
Qvo polluent ſe mox Alumni, prævidet.
Hoſtisq; fraudum oſorq; deteſtabilis
Noxæ monet, vetitum furenter in nefas
Ne fors ruant, ſcienter & ſe polluant.
Sed qvi petulcus monita ſpernit patria,
Pœnas hic olim ſentiet graviſſimas,
Cauſam & ſuæ damnationis poſtmodùm,
In neminem, qvàm ſemet unum, transferet.
Audaciam prohibet. Procul inſuper noſtris ab actionibus
Abſit temeritas impøte ac audacia
Cæco ruens, cùm nemo ſit mortalium
Adeò DEUM nactus faventem, ad impia

Qvi

Qvi tesqva vitæ si beatæ ab orbita
Deflectat, ejus nòn furorem sentiat
Gravem vicissim. Sortis ergò fluctibus
Si fors tonantis obruare, temeritas
Fac absit, atq; propriis fidentia
In viribus; sed posce Jovam, ut dirigat
Legis sacræ gressus per orbitam tuos,
In lubricis ne planta titubet, aspero
Vel læsa scopuli saucietur objice.
Sors interim in te si maligna sæviat
Nutu DEI; tùm conscientia integrè
Vitæ peractæ sit tibi solatio.
Certè DEUS, qvæ illius est clementia, 1. Cor. 10.
Eam auferet tentationem & optimo v. 13.
Fini beabit, sufferendo ei pares
Ut simus. Hæc da corde puro & simplici
Inhæreant tenacitèr, vel maximè
Ut cùm velit flatusvé sortis asperæ
Tentatiové, nòn qveat nos lædere,
Pater, Patri Fili coæve, Copula
Et utriusq; fida & una Spiritus.

JESU cum Oliva comparatio.

IN monte verò, proximo *Salem sanctæ*
Pallente Olivâ consito liceat stare
Diutiùs paulò. *Piis juvet mecum*
Te arcana ocellis intuerier mentis.

Tu CHRISTE, cuncta qvi potes, tuum Numen
In pectoris secreta mittrò, qvò rebus
In abditis verum assequi qveam finem.
Oliva fructuum affluentiâ est nulli
1. Qvoad fertilitatem. Secunda stirpi, & est honos ei major,
Fœcunda qvam Judæa frugibus gignit:
Radice Jessæâ ferè aridâ JESU
Plin l.17. c.2.natur. hist. Sati poris sacratioribus thrombi
Largissimè stillant cruenti; eos JESU
Carptos benigne da manu fidei in cordis
Thecam mei condam, levamen afflicto
Præsens futuros in malis, & adversus
Cocytios ignes medela divina.
Olivam. olivis vi trapetis extortum
2. Qvoad medelam. Acri gelu corpus rigens, potest dici
Id. ib.c.4. Vix, qvàm juvet sibi calore connato,
Adversus ingens atq; muniat frigus:
Qvid qvod rigentia membra lenit ac munit
Læsasq; mirè corporis juvat partes!
Morsu colubri membra mî venenoso
Cocytii corrupta sunt, amor verbum
Erga tuum refrixit omnis, *ô Jesu!*
Capitis supremum ad verticem à pedû plan-
Sani est nihil, nihil salubre; persperge (tis
Me balsamo cruoris optimo, qvæso,
Tuis fluente stigmatis, meis causâ
Ut sic fugatâ criminum malâ venis
Vitam placentem victitem tibi soli.

Oliva

Oliva qvondam Pacis almæ erat signum; 3. *Quoad*
Et serta destinata ramis contexta *præfigura-*
Victoribus tropæo ab inclito claris; *tionem.*
Et hostis hosti termitem arbore avulsum *Id. l. 15.*
Afferrier futuri amoris in signum *c. 4.*
Decrevit: Orcum Iësus occupaturus,
Stygi caput Draconis atq; triturus,
Mortem triumphaturus, & reducturus
Mortalium Patri genus, velut qvondam
David, furori Filii improbi cedens, *2. Sam. 15.*
Multis Olivis consitum terit montem *v. 30.*
Plantis pedum non plurimo absq; sudore,
Qvò scilicet victoriam notet Diâ
Virtute deportatam ab hostibus nostris
Suisq;. Da, victoriam fide verâ
JESU! tuam in vitâ mihi applicem ac morte.

Qvam stirpibus demit comam horrido fla- 4. *Quoad*
Boreas, Oliva semper obtinet mitis. (tu *duratione.*
Caries eam non exedit, nec absumptas *Plin. l. 16.*
Sentiscit ævo grandior vices facta, *c. 20.*
Qvin nuda radices, minis & expôsta *Id. ib. c. 40.*
Hæc ipsa frigoris (stupenda res!) tanto *Id. ib. c. 28.*
Se latiùs diffundit, altiùs surgens
Qvanto magis gelu videtur affligi:
Æternitatis Dux Iësus est, nomen *Esa. 9, 6.*
Fidi tenens per secla Patris æternum.
Peccata propter mortuo semel nostra *Rom. 6, 9.*
Nocere Mors in posterum neqvit telis.

Qvin & magis qvo agitatur in piis membris
Ab impio mundo, Papâ truci, Turcis,
Hoc furculis virére pluribus cernas.
Nec seculo ullo cœtus occidet sanctus
Tutela JESUS cùm sit illius. *Viva*
Oliva. JESU, da fiem bonus *termes*
In vivâ Olivâ corporis tui vivi!
Sic, cùm jugum sub flebile ivero Mortis,
Tibi, *viva Oliva*, denuò inserar JESU.

JESUS in monte Oliveti agonizans & sanguinem sudans,

Luc. 22, 24.

Ps. 127, 2. MOrs Mortis horridæ minas stupet Mortis
Ad usq; mortem. Cujus absq; tutelâ
Tutela custodum nihil valet fida
Unius horæ insomne flagitat tempus
Neqvicqvam Alumnos, torpidos gravi somno.
Qvid te coëgit, inclite *ô Sator rerum*,
Pertentet ut corpus tuum tremor tantus,
Velut tremiscit acta fraxinus vento?
Vides futuri nempè præscius JESU
Arundinem, fel, sputa, lanceam, clavos,
Spinas, acetum, passionis angores
Omnes cruentæ in plurimis fore Empæctis
Plane irritos; ideò, velut comam fortis
Qvatit aura Populi, occupat tremor membra.

Qvid

Qvid te coëgit, sanguinis rubris vultum
Guttis abundè ut profluentibus turpes
Poris, tuam & vestem cruore conspurces? Esa. 63, 2.
Horrenda dictu & vasta criminum moles Esa. 53, 6.
Totius orbis, devoluta cervici
Tuæ à Parente, sanguinis meri rivos
Hos torsit è corpusculi poris sancti.
Cur nil rogando proficis pium Patrem,
Benigne JESU! vota cùm tamen qvævis
Exaudiat petentium lubens, ultrò
Et annuat suspiriis bonus nostris?
Nempè aure negligit preces tuas surdâ,
Ut se facùl exorabilem daret nobis
Opem ejus implorantibus, nigri adversus
Technas DEI, improbi & tyrannidem mundi,
Voti sui sinamq; redditus compos
Expers cruentæ passionis & mortis
Planè extitisses, æviterna Nox ADA
Mansisset ortos in palude Cocyti.
Qvas ergò qvas tibi DEUS Poli grates
Hâc pro repulsâ redduim? nihil postum
In viribus meis, nec est opis nostræ
Referre par pari. Sit incitus nobis
Et calcar hæc repulsa, faxis, à Patre
Qvam rettulisti, ne, preci ilicet nostræ
Si te audientem haud præbeas, ideo mentem
Despondeamus, sed brevis moræ tempus

Æqvâ feramus mente. Supplicum certè,
Serò licet, patulâ aure vota captabis.

JESUS, cur sumpserit secum Petrum, Jacobum, & Johannem.

Matth.17. v.1. Montis jugo qvos ardui suæ testes
JESUS habebat gloriæ, in modum Solis
Cùm frons niteret aurei, & nives puras
Candore multis milliaribus palla
Marc. 14. v.33. Præiret; his sese exhibet jugo montis
In summo Oliviferi tremore succussum,
Concussa sævis arbor ut tremit ventis,
Ut se esse contestarier DEUM possent
Membris sub humanis. Videlicet morem
Etiam hunc tenes hoc CHRISTE seculo, mole
Ut sub crucis charissimos tibi densâ
Premas amicos. Hocce firmiter fretus
Solatio potente Perfidis Rege
Rom.8,35. Vivo beatior. Qvis ergò me avellet
Ab amore CHRISTI? Persecutio, stricta
Machæra, cunctis vel furens fames venis?
Nùm nuditas, periculive funesti
Immensitas, qvæcunq; vel qveunt fraudes
ibid.v.38. Dolosvé nectere? Absiet. Metus namq;
Non Mortis, aut Vitæ svävitas, cœli
Nec aliger potentiæ chorus magnæ
Nihilq;, qvod vitâ fruiscitur, vivam
Qvoad, DEI me separabit á Patris

Amo-

Amore, nos qvo amplectitur suo in Nato
Originem trifidi Orbis ante nascentis.

JESUS verbulo sternit hostes,

Joh 18. 5. 6.

UT tristium solamen, atq; lenimen
In arduis, Creator à Creaturâ *Luc. 22, 43*
Post tot tremores, totq; sanguinis thrombos
Sanctissimi corpusculi poris missos
Vires recepit Entheas, timor mortis
Hujusq; causa, Patris ira, torrendo
Letaliter qvas coxerant; jugo montis
Licto hostium se ostentat ilicèt turmæ,
Qveis ex Alumno factus intimo fidi
Judas MAGISTRI proditor, Redemptoris
È comite sævus latro, duxq; latronum
Præire, néve fortè noctis obstarent
Umbræ, pharetrâ, gesо, & ense præcinctis
Cornu viam Vulcanus abditus sævis
Flagrionibus monstrare. Sed pati JESUS
Ut se volentem ostenderet, nec invitum
Subire vincla, ultrò hostium globo armato
Fit obviam, &, qvem qværerent, rogat voce
Clarâ? Illi ad hæc: JESUM, dedit cui NAZRA
Cognomen. His respondet ilicèt JESUS:
Ego ille sum, cujus cupido tám dira

Satiarier cruore vos tenet sancto.
Vix dùm per aures iverat sonus (claræ
O indolis miraculum DEI summi!)
Verbo, en! latrones JESUS unico cunctos
Velut trisulco ab igne fulminis tactos (robur
Prosternit. O verbum Entheum! Entheum ô
Verbi unici! O prædura Caucasi duris
Prognata Apellæ corda cotibus, tantum
Qvæ non movet miraculum! nihil præter
Spirans minas ubi militum est globus? JESU,
Tuo jacet prostratus unico verbo.
Qvis creduit? qvis, qvæso, ni cui tantum
Vix est cerebri, putidæ vel est qvantum
Blattævé Cimicivé sanguinis tetri,
Unum nec inter repperirier cunctos
Alastoras, qvi motus Entheo verè
Miraculo ad sanam rediisset, aversus
A captiosâ fraude seriò, mentem?
Mirumné sed, plerumq; pessimis natos
Patres referre moribus? facul morbis
Herilibus coinqvinarier servos?
Illi ergò, cùm Virtus stupore discusso
Rediisset, animi jussa sensibus Patrum
Infixa habentes intimis bonum in JESUM
Armis resumptis agmine irruunt facto.
Et his qvidem sibi munia esse captandi
Impôsta JESUM ajentibus pedem retrò
Terroris expers non tulit, sed extrema

Qvæ-

Qvævis paratus perpeti in modum fari
Hunc incipit: Cupido tanta si vestras
Nostrate dexteras cruore spurcare
Mentes capit; solius, en! mei vobis
Jam facio captandi licentiam. Nullum
Horum interim, in qvos juris est nihil vobis
Nunc temporis per me, cavete lædatis!
JESUS amicis hæc profarier dictis
Vix desiit, ferus, ecce! cominùs *Judas*
Accessit ad JESUM, atq; militum turmæ
Nefarii sub tesserâ osculi, miscens
Aconita melli dira, prodidit fidum
Eheu! MAGISTRUM, Filium DEI *viri*,
Contrà bonus qvem voce blandulâ JESUS
Aggreditur: *ô amice*, qvæ (malum!) vexat
Malesuada te dementia? hæc mihi qvondam
Data dextra? qvò recessit ocyùs nostri
Amor tibi? res huc venire te qvænam
Coëgit? ad nos, si velis, pedem retrò
Referre *fontem* gratiæ, licet, fœda
Undè abstulit te æris fames! locus nostris
Si precibus est relictus ullus, infandum
Votis piis suspiriisq; de cordis,
Dùm tempus est, licetq;, scrinio pestem
Catus fuga! Oecumenicus cluo Soter
Mihi crede, pandit (vita te nisi extremè
Excludit improba) tibi seriò culpam
Flenti regressum janua incliti cœli.

Hieron in vitâ Malchi, monachi fugitivi.

Canon de pœnit. dist. 1. §. item his.

Num humanitatem, Sospitator humanæ
Certissimus qvam gentis, à malâ labis
Contagione purus, ex verecundæ
Puræq; sumpsi ventre Virginis, Diæ
In vinculum nunqvam solubile Naturæ,
Prodis Stygi dolo Draconis ô Juda! (trem?
Sub fraude amicũ blandulâ, hospitem, & fra-
Hieronym. Veterator olim his ille subdolus technis
l. cit. Falsos parentes, luteo luto nuper
Faberrimè fictos sacri expulit prati
Umbris amœnis. Nuspiam ille se prodit
Homicida apertè, sed dolis agit cuncta,
Hostem opprimat qvò cautiùs nihil tale
Sibi timentem. O tesseram ominis diri!
Bellum mihi rerum per optimam Pacem
Jam comprobas, necem per osculum certam?
Narrabat ore & corde JESUS hæc fido.
Sed cote, neqvicqvam sonantibus Ponti
Pulsatâ aqvis, stat corda durior Judas,
Nec sedulâ aure dicta condidit. Tortis
Hinc flagrionum turba funibus JESUM
Manus ligatum, aheneis trahunt ambos
Talos pedum compagibus nihil dio
Ambros. Miraculo, verbis nec Entheis moti.
super At ineptum erat, rationi & absonum planè
Matth c. Cum perticis, gesis & ensibus strictis
26, 47. De nocte qværitare, in æde qvi sacrâ
Interdiu sæpissimè obsitis ævo

Fando

Fando expedivit Patribus sacræ legis
Sententiam, atq; qvi obtulit ligandum ultrò
Se militum globo. Sed hocce personis
Aptissimum nempè atq; tempori factum.
Horis enim tenebricis tenebrosum
Tenebriones veri opus peregerunt.
Falcem si aduncam, & acuta tela Mors strin-
Si devorare me, velut Leo, gestit (git,
Dæmon malignus; si nefanda damnare
Peccata me volunt; cohors Tyrannorum
In me impetum si factitat rotâ, ferro,
Reste, igni, aqvâ; JESU pie, unicum verbum
Dicente tè sternantur impetu vasto (ma.
Mors, Styx, Stygis Princeps, & hostium tur-

Petrus Malcho præcidit aurem,

Joban. 18 10.

UT vincla vidit per Satellites collo
JESU Petrus circundare, atq; post terga
Manus revinctum abducere, haud tulit præceps
Mentis; sed exerto ense cominùs Malchi
Aurem amputat dextram. Suo sed avulsam
JESUS vicissim tempori applicat dii
Potentiâ verbi, qvid, inqviens, *Petre!*
Qvid actitas? falcata qvo tibi fine
Educitur machæra? numqvid ut fatis
Obstes acerbis, qvæ volens Patris jussu
Subire vado; non coactus, æqvævi?

Cru-

Crucem imitari te decet meam, stricto
Mucrone non fugare! Conde vaginæ
Ensem ocyùs! Verenda Patris æterni,
Mihi crede, stricto jussa non egent ferro.
Joh.18,36. Regnis meum vulgatioribus distat,
Quantum ortus ac occasus invicem distant.
Matth.26 Ferro hicce deditur neci vicissim, usum
v.52. Negante Jovâ qvi arrogat sibi illius.
Est improbandus ille scilicet Zelus
Prohibente susceptus DEO. Tuæ verò
Hæc fixa si sententia insidet menti
Meorum ut insistas notis pedum, claram
Miraculis nostratem & exprimas vitam;
Mucrone oportet dimices sacri verbi,
Mucrone, qvo scelera improbę amputes vitæ,
Hominesq; serves, & poli loces sede.
An non amarum antlabo poculum Mortis,
Ut redduim mortalium genus Patri?
Par nempè, jussis vos fideliter nostris
Parére, sedulò perindè mandata
Ego curo Patris orni ad usq; funestæ
Necem. Meæ, JESU benigne, mitisq;,
Res aspero qvodsi tenore procedunt
Tonante fortunâ, fremente Cocyto,
In meq; conspirante machinâ mundi
Totâ; fac æqvâ mente perferam, qvicqvid
Immittitur mali, nec expleam mentem
Licitâ minùs vindictâ & impio Zelo;

Cruci

Cruci sed obvians ovans licet serò
Discam, à DEO me corripi, fo cis Orci 2. Cor. 11.
Grege cum impio torrenda præda ne fiam. v. 30.

ACTUS II.

Continet gesta intra mœnia coram Hannâ, Caiphâ, Herode Tetrarchâ, & Pontio Pilato Rom. Imper. Præside.

Jesum deserunt discipuli,

Marc. 14. 50.

Cui ministrat omnis Aliger cœtus,
Et cuncta ad ejus sedulò expedit nutum,
Hunc ipsum Alumni, nuper impigri ad letum,
Citò deserunt mortis metu, nec est unus
Ex omnibus, qvi terga non fugæ dedat.
Qvin linteum, qvo indutus alter ex illis
Humeros erat, ne necteret sibi fortè
Moras, dat ultrò se tenentium turmæ
Juvenum. Sies præsto mihi tuo, JESU,
Favore, qvæso! ne, qvo ad mihi vitam
Concesseris, te deseram, sed in summis
Angustiis locatus unicè firmam
In te locem fiduciam; Tuâ fretus

Ope

Ope cuncta factitem nihil, facit magna
Qvæcunq; mundus, viribus suis fisus.

Salivâ Jesu sanctiss. faciem sordidâ conspurcant, pugnisq. in malas debacchantur, rationibus, quibus Veritatem refellerent, destituti.

Matth. 26. Marc. 15. Joh. 18.

A sævâ Alumnis vix coërcitis pugnâ
Verbis *Magistri* duriusculis fidi
En! militum globus bis Entheâ voce
Prostratus ad terram, fragore uti telum
Magno trisulcum mole dijicit celsâ
Vastissimâ arces turrium, nihil motus
Miraculis planè Entheis (levi tactu
Dum reddit aurem saucio, & manum verbo
Sternit potente militum bis) in JESUM
Tandem manus injecit impias, spiris
Trahitq; vinctum aheneis, velut furem
Ad Caiphan Antistitem Sacerdotum (toris.
Generum Annæ; ab hoc ad Præsidem Impera-
Tetrarcha Idumes excipit dehinc Jesum,
Ad Præsulem qvi barbarum stolâ ablegat
Iterùm albidâ indutum, innocentiæ teste.
Id factum, ut ejus pascerent peroptato
Ocellulos spectaculo, tùm, ut à multis
Examinatus, acri & ore multorum
Delatus innocentiæ Professores

Plures

Plures relinqveret ſuæ, & qvidem ſævos
Hoſtes. Suæ cùm teſtimonium nemo
Habere poſſit innocentiæ majus,
Ab hoſte qvàm qvòd Veritas vafro extorquet.
Viventium *Judex* future, & in buſtis
O CHRISTE dormientium, modis tractat
Qvàm turba te Patrum improbè! Pretio vili
Te proditum ſub perfidi oſculi ſigno
Redimunt. Maniplum militum per armatum
Captum trahunt volentem ad Arbitrum haùd æqvum,
Hoſtes ſed ad ſævos, ubi ſcelus demùm
Crimenq; fingunt, improbè qvod eructent
In innocentem, cùm æqvitas tamen legum
Profaniorum in neminem manum immittat,
Ni qvem priùs livor malæ gravet culpæ.
Cùm genua poplite ſucciduo tuum Numē *Phil. 2, 10.*
Tremant, adorent, flagitent poli cives,
Soli incolæ, damnata turba Cocyto;
Fæx mobilis vulgi infima, & leves Servi
Alaſtores ſanctiſſimas tibi turpant
Fœdo genas (crudele proh ſcelus!) muco.
Et cùm ſit uſus inter Ethnicos legum
DEI inſcios, locum & rationibus linqvant;
Repertus eſt neqvam miniſter, omninò
Heri improbi ſimilis, tu erier pugnis
Qvi jura, qvàm rationibus bonis malit.
O CHRISTE! forti mente fœda qvi ſputa,
Calumnias, colaphosq; Alaſtorum Vulpis *Luc. 13, 32.*

In

In aulâ Idumes, Principis Sacerdotum
Latiiq; passus Præsulis, truces sannæ
Alapæq; ne in nos Dæmonum qveant qvic-
Verenda si qvandoq; paginæ sanctæ (qvam;
Oracla propter cogimur pati dura;
Nos robora, forti voremus ut mente,
Qvicqvid vel infortunii evenit nobis,
Nos á viâ ne Veritatis abducant
Convitia, pugni, ferrũ, aqva, ignis aut restis.

Petrus Jesum abnegans, & resipiscens,

Luc. 22, 58. & seqq.

Audaciæ est formidinisq; res plena
Humana mens. Fortuna si juvat, planè
Terroris est expers, & impigra ad letum.
Hæc ipsa si tonat, pavor qvatit mentem
Ac si volaret atra Mors caput circum.
Hujus rei exemplum exhibet Petrus, parvâ
Ortum trahens Bethsaida. Ille, dùm blando
Fortuna vultu riserat pio JESU,
Audax pati qvidvis fuit, forent nec si
Leti sibi gustanda pocla cum JESU,
Jurare vitæ prodigus recusavit.
Sed ô ruentem audaciam impetu cœco
In grande qvodlibet nefas! Erat vitæ
Qvi prodigus nuper suæ, nec est ausus

Pium

Pium Magistrum ad atrium seqvi, magno
Ad ostium sed hæsitat metu captus,
Pedes tremunt, cor palpitat, rigent crines,
Vox hæret ipsa faucibus. Videns alter *Joh. 18, 16.*
Alumnus ille, qvi ultimâ super cœnâ
JESU hæserat pectusculo, metu Petrum
Nòn consequi; ministram adornat, ut stantem
Ad ostium introduceret. Nihil Petrus
Cunctatus intrò conjicit statim semet,
Examinatus atq; tertiùm, capti
Essetnè Jesu Aluminus? abnegat jurans
Proterviter vitæ & negat ter *autorem.*
Paulò ante enim qvo fortior fuit nemo
Nec tùm qvidem alitis moratus est vocem,
Certam notam negationis infandæ.
Verâ nec unqvam pœnitentiâ tractus
Largo genas imbri rigâsset hirsutas,
Iësus efficace eum nisi obtutu
Dignatus effecisset, orbibus guttæ
Ut luminum instar fluminis per ora irent.
JESU benigne ni in *Petrum* retorsisses *Luc. 22, 61.*
Ocellulos, lapsum favore dignatus
Solito: Gravem suspiriis nisi culpam *id. ib. v. 62.*
Petre, pectoris secretioribus ductis *id. ib. v. 31.*
Fassus DEI Natum veniam poposcisses,
Te olim voràsset orcus ore diducto,
Judam doli perindè fabricatorem.
Verùm premens, non opprimens suos *Jesus*,

1.Cor.10,13 Tentans & ultra neminem ſuas vires,
Largis nefandum lacrymis ſcelus flentem
Reſpectat, & ſolito favore dignatur.
Infanda ſi *clemens* patravero JESU
Contra tuum Numen; meam, rogo, mentem
Continge *flammâ cœlicâ*, fame ductus
Ne auri ſacrâ te produim, velut *Judas*
Sub fraude amicâ, de ſalute deſperans:
Clementiæ ſed me bea tuæ vultu,
Ut corde trito defleam malæ labis
Contagium cum Magdalâ atq; cum Petro,
Tandem & beatæ gaudiis fruar vitæ.

Paradoxon ad Papicolas.

Papam *eſſe* Eccleſię caput, *& ſuccedere* Petro,
Et vacuum errorum Lojola *cùm crepites;*
Dic, ubi tùm fuerit, ſodes, Eccleſia, CHRISTUS
Matth. 16. *Cùm poſt ſe* Satanam *juſſit abire* Petrum?
v. 23. *Vel vice cùm ternâ* Chriſtum *abnegat? aut* Papa mœchus
Cùm fuit obſcœnus, impius atq; Magus?
Eccleſiam miſeram! *eſt cujus caput, atq; manebit*
Proditor & mœchus, ſacrilegusq; Magus.

Semper cœtus Eccleſiæ verus.

Non membra tantùm Eccleſiæ agmen ho-
Odiis acerbis exedit, ſed &, vere (ſtile
Quod

Qvod est dolendum, scandala in sinu veræ
Ecclesiæ seqvuntur, & viâ utrâq;
Dæmon furit Cacurgus ille, dùm turbam
Patrum incitat furentium, & simul tentat
Infirma membra Ecclesiæ, efferâ ut mente
Natum DEI dare unicum neci qværant,
Et lacrymis, qvocunq; ocellulos flectas,
Referta cuncta sunt. Pecuniæ Judas
Inhians Magistrum prodit inclitum; Petrus
Ter abnegat. Dant terga ceteri turpi
Apostoli fugæ timore compulsi.
In veritatis instruens repugnantem
Viâ adhuc Apellam factitat DEO digna
Miracla JESUS. Et tamen, licet parvus
Deformis atq; languidus fiet, cœtus
Superstes est credentium. O DEUS mitis,
Complecteris favore qvi genus tanto
Homulûm, ut perire neminem velis; fraudes *Ezech. 18. v. 23. & 33, 11.*
Sed corrigentes pristinas, *Sacri Flatus*
Aurâ rigante corda mavelis dura
Vitâ æviternâ perfruiscier, moli
Ignosce, qvæso, criminum, atq; vindictam
Suspende clemens debitam, flagellis nec
Pœnas reposce ultricibus, neqvit vasti
Perferre qvæ orbis machina. Unici hæc Nati
Flagella propter, cæsus estqvibus, præstes.

Variis Jesus calumniis affectus, purpurâ indutus, rhamno tempora redimitus, conspitatus, & flagellatus, cruci tandem à Judæis figendus exposcitur.

Est inclitis mos ille Regibus, conchæ
Cruore tinctâ nobilissimæ pallâ
Velare corpus, atq; regiâ pompâ
Fastuq; non svèto exhibere spectandos
Se subditis. Sed sæva militum turma,
Crudelitatis administra Judææ
Ludibrii causâ meri priùs cæsum
Probè flagellis, mortem ad usq;, nodosis
Jesum induit Chlamide Sidoniâ, qvâ Rex
Divûm iste erat contemptor usus Herodes.
Actam dein canes ut asperi cervam
Latratibus circumsonis in obstantes
Plagas petunt, omniq; fortitèr parte
Passo ambiunt rictu; nec absùnent, frustrà
Donec reluctantem dorent, sibi & gratam
Prædam reportent: Sic furenter *Agnellum*
DEI innocentem *Patres*, omnis & purum
Labis caterva militum, impia & Patrum
Scientiam sibi vendicantium Legis
Cingunt, coronam & haùd rubentibus svavè
Rosis, nec auri bracteis puti-puri
Faberrimè factam, Ducumq; Regumq;
Decus inclitum; Rhamno sed aspero textam

Vi

Vi capitis in secretiora depangunt,
Rutilo ut chlamys cruore sparsa roraret.
Sceptri loco mox traditâ in manus cannâ,
Strophis nefandis expetisse mundanum
Hostiliter Regnum exprobrant, & inflexis
Poplitibus impio furore correpti,
Abramidarum REX AVE. ore diducto
Ructantur. At fœdissimo dein muco
Ora, heu nefas! probe inqvinata depalmant,
Ad omne se ludibrii genus *rerum* *Esa. 53, 7.*
Domino omnium, ad miraculum usq;, mansvetum
Præbenti, & obtrectantium imbibenti aure
Convitia surdà mitis instar agnelli.
Crudelitate *Prator* ergò defessus
Immitium *paganus* usq; *Verporum*
Prætorii se fundit ocyùs portis,
Omnem rudentem permovens, furore actam
An mitigare multitudinem posset.
Post paulo Iësus motibus forâs prodit
Tardis, *Pilato* præmonente, uti ornatus
Pro re fuit natâ, inqvinatus obscæno
Muco, manus ligatus & pedes spiris
Aheneis, cæsusq; terga contortis
Misere flagellis, implicatus & rhamno
Caput aspero informe, & Sidoniam indutus
Pallam. Huncce Verpis *Præsul* exhibens infit:
Tractatus, en! miseris adest modis vestri
In gratiam, omnis usq; criminis purus.

Qvin ergò, si superstes ullus in corde
Affectus est vestro, satiamini tandem
Tristissimo hoc spectaculo, remittentes
Inposterum partem rigore de vestro.
August. *Ecce homo* malignis tot petitus à vobis (stris
Vafrè strophis, tot putidorum &, heu! plau-
Mendaciorum, est *Frater* atq; *Rex vester!*
Luc.23,2. *Ecce homo.* Ducem qvem prædicatis & Regẽ
Vestrum, imperio nòn clarus est, sibi nomen
Nec regium, clarumvé vendicat sceptrum,
Opprobriis sed est repletus infandis (cultos
Vix similis homini! *Homoecce!* non fera, in-
Montes pererrans; verùm imaginem mentis,
Perindè vosmet, cœlicæ gerens sanctam!
Ergò ulla si pathe relicta sunt vestro
In corde, sympathian excitet veram
Vel sanguinis propinqvitas, homo concors
Vestri fiet cùm stemmatis, caro vestrà
De carne, Princeps, Rex, Propinqvus & Fra-
Regi invidetis? Æstuans at irarum (ter.
Cor fluctibus tandem resìdat, & partem
Sveto remittat de rigore, dejectum
Qvia intuemini, & superba tot passum
Fastidia à livente militum & Patrum
Turmâ. Videtis aspero caput rhamno
Cinctum, flagellis secta terga, formosa
Percussa pugnis ora sævitèr, sputo
Et sordido turpata turpiter. Motù

His

His innocenti prorogate vitæ
Dies! fiet rabidi furoris hic meta!
Tristissimo Verpi sed hocce, qvo sæva
Mens Barbarorum mitigarier qvibat,
Spectaculo moti parùm, remiserunt
Nil de furore, mente qvem semèl sævâ
Conceperant; qvin bilis, æstuans imis
Præcordiis, dedit incitus, ut, hucusq;
Qvæ prospere successerant, rei finem
Darent, ocellos atq; pascerent diro
Avidissimè spectaculo. *Patrum at primi*
(veriti usq;, ne, si mente JESUS infractâ
Tàm dura passus, sæva, acerba, & infanda
Dimitteretur, fors Popelluli ad sanam
Mentem reversi invidia plecteret tantæ
Sævissimos immanitatis autores)
Nec non ministri, ut sonitus iret ad celsi
Stellas poli, clamore Præsulis magno
Aures molestant, inqviuntq; : Qvin figis
Celsæ *reum* cruci! periculum in parvâ
Magnum esse novisti morâ, crucifige.
Hæc *grex Patrum, vulgiq; fax*. Parùm at *Præsul*,
Multò æqvior Verpis, videns spei lictum
Correctioni, ex lenitate pejores
Sed reddier magis magisq; captatâ,
Horum furorem, blandulis cohercere
Qvem verbulis non qvibat, hunc metu tentat
Sedare. Et ô vos, infit, est qvibus pensi

Nil æqvitas! qvousq; fræna laxatis
Furori & iracundiæ? Ille totius
Orbis Monarcha Sceptriger voluit juris
Me esse administrum, nòn iniqvum & iratum
Invidiæ alienæ vindicem. Suëtus sum
Punire legum autoritate temptores
Legum, impiosq; in cœlites; Pios nòn sic,
Nòn sic Pios, qvos pura criminum vita
Et integrè semper peracta commendat.
Cluo haùd tremendus innocentiæ tortor
Justi tenax. Vestro hactenùs sat indultum
Odio; Sed hæc post criminum mihi insontẽ
Tractare visum mitiùs. Crucis trunco
Immota si sententia insidet menti
Distendere; inqvinarier meum nolim
Prætorium cruore conscii planè
Sibi nihil! Vestro periculo tandem
Abducite, atq;, si videtur, infami
Fixum cruci lento necate paulatim
Leto. Suëtus sum neci, reos præter,
Adjudicare neminem. Sed hic dignum
Nece nil patravit. Namq; crimen ambitis
De fascibus qvod exprobratur, est nullum,
Nec tale in hunc qvid competit. Reo crimen
Satis nec est ut imputetis, objecta
Ratione scelera ni probetis inprimis
Prægnante. Res hæc universa ne micam
Qvidem sapit præscripta juris & legum,

Sed

Sed jurgiis geritur probrisq; clamosis
Strophis q; vetitis & nefariis technis.
Hæc ille. Verpi sed favére delato
JESU videntes *Præsulem*, novas fraudes
Fraudum Magistri fabricantur, & tandem
Hic, inqviunt: edicta nil licet Regis
Adversus Ausonum patrâsse vel Leges
Tibi videatur; in poli tamen Regem
Ter maximum blasphemus extitit summè,
Dum vendicavit improbè sibi nomen
Nati Jehovæ. En causa sat tibi prægnans!
Hæc una detestabilem crucis mortem
Meretur, alias sciscitarier noli.
Benigne JESU, veste propriâ nudus
Indutus es qvi purpurâ; caput rhamno
Cinctus sacratum; arundine in manus sceptri
Loco datâ delusus ore distorto;
Pollutus & turpissimo genas muco
Nos propter: Immortalitatis æternâ
Nos veste vela, qvæsumus, tuâ nobis
Qvam pepperisti morte nexus infandæ
Ligno crucis. Peccata purpuræ nostra
Magè rubra sanguine, qvæso, candidam redde *Esa. 1. 18.*
Velut nivem. Nostram implica comam sertis *Apoc. 2. 11.*
Perenniduræ gloriæ atq; vitæ *1. Pet. 5. 4.*
Amarantinis, ne spicula Mortis & tetra
Aconita lædant atq; perduint corda.
Non fumigans ellychnium neca, qvassam *Esa. 42. 3.*

Nec arundinem confringe prorsus. Absterge
Sputa atq; sordes à Parente primævo
Tractas, papillis qvasq; suximus matrum.
Hostisq; tandem liberos Stygi flagris
Nos redde, ut optatâ fruiscier pace
Tecum qveamus omnibusq; cum sanctis.
Hæc, flagra propter, sputa, arundinem, sannas,
Qvæ passus es, benigne factites JESU!

Pilatus ob Judæorum minas ex Judice æquo evadit iniquus.

Augustin. Civ. D. Tranqvillitate conscientiæ nihil
Excogitarier potest beatius.
Ovid. 1. Fast. Suus at ut animus est cuiq; conscius,
Sic spem metumq; sentit intra pectora.
Menand. & Pyth. ap. Stob. serm. 24. Audaciâ & Natura finxit neminem
Tantâ, sibi de perpetrato crimine
Qvi conscius vel murmur ad primum poli
Levémve flatum ventuli nòn palleat.
Latî Monarchæ Præsul hocce comprobat.
Namq; *apotheósin* exprobrarier modis
Cæso misellis audiens, & repputans
Utplurimùm subesse veri qvippiam
Vulgariter dictis; timere jam sibi
Cœpit magis magisq;, nòn propter qvidem
Legem illam Apellæ & Principum (nam dero-
Nova veteri; victorq; victis imperat) (gat
Enor-

Enorme sed propter scelus, qvod Filium
Tonantis obtrusum sibi crudelitèr
Cædi flagellis tradidisset impiis
Flagrionibus. Timorem adauxit Præsulis
Ipsa Anti-regis facta nupèr mentio,
Ne fortè majestatis olim crimine
Læsæ reus ageretur urnam ad Cæsaris.
Permotus his *Pilatus* in prætorium
JESUM reduxit, expetens resciscere
Qvid esset id, qvod exprobrarent, criminis
Rationibusq; qveis potisset dilui.
Dic ergò nobis, inqvit, undè sis? tuam
Trahas & undè originem? Num semine,
Ut ceteri mortalium, prognatus es?
Aut es DEI *Propago?* dic, utrum siet
Magè Veritati consonum, refellere
Qveamus ut re cognitâ, grex impius
Patrum dolosis actitat qvæ fraudibus?
Sed *Præsulem* JESUS sciens, (qvi pectora
Formavit, huncce cogitata cordium
Putes latere?) hoc agere, vitäi sibi
Qvò prorogaret tempora; Insupèr sciens
Fore, omnia ut periclitatus hostium
Tot obstinato immanium relinqveret
Omnis repentè juris oblitus locum
Tandem furori; *Præsidem* est ne verbulo
Dignatus uno, ne coactus scilicet
Mortem subisse perspici posset, sibi

Qvam

Qvam pro salute elegerat mortalium
Suâpte sponte. *Præses* ergo in arduâ
Re conspicatus ipsius silentium,
Patrocinantem maxime cùm Judicem
Causæ esset indeptus suæ; silentia
Ut alta tandem voce JESU rumperet
Instat profatus: *Num tibi & causæ dees*
Adhuc tuæ? nihilne respondes mihi?
Nescisne, *vitæ partier* ac necis mihi
In te esse jus? Sum, forte si nescis, *soli*
Hujus Toparchæ, & vita solius meo
Tua simul & mors pendet ex arbitrio.
Ex his, puto, nosti facùl, meam tuum
Ad commodum spectare qvæstiunculam,
Ut veritate cognitâ rei bonus
Fiam Patronus pro severo Judice.
Sed ipsius nec *Præsidis*, nec ullius
Vim Maximatis ne potisse tantulum
Sibi nocere, sponte ni mortem crucis
Luiturus ultrò dedidisset hostium
Sese catervæ, proditurus *Præsidi*
Iësus, infit: Vera si desideras
Rescire, *Ponti!* vera pandam. *Cæsaris*
Autoritate tu qvidem potentiam
In me tibi, nec diffitemur, vendicas;
Sed te interim latere nolim, nil tuam
Potentiam, procaciùs qvam jactitas
Qvàm verius, *nec Præsulum vecordiam*

In-

In me valere, ni à meo tibi Patre
(cujus potestas inter omnes eminet
Reges, Dynastas, Maximates, Principes,
Ut Noctiluca inter minores emicat
Ignes Diana) ad tempus esset tradita.
Et *innocentia* hactenùs faviſſe te
Abundè sensi. Sed sceleſtæ iniqvitas
Te jam catervæ raptat ad tyrannidem.
Proindè *Judæ* ille amoris perfidus
Decocto (heu nefas!) *heritis & Patres*,
Me qvi ligatum tradidére funibus
Tortis tibi, ac ad *innocentis*, Dæmonum
Rebellium furore pulsi, concitant
Profusionem sanguinis Numen sibi
Infensius cœleſte reddunt. Namq; qvi *Augustin.*
Amore ductus peccat auri sordido,
Aut luridi livoris ustus flammulâ,
Enormiùs multò ille peccat, frigido
Qvàm fortè qvi delinqvit obrutus metu.
Livore *Patres* ex mero: *Judæ* fame
Auri sacrâ; Tu præpeditus anxiâ
Mi abrumpitis vitam (heu nefas!) formidine.
JESU audiens *Pilatus* innocentiam,
Integritatem, in optimâ constantiam
Causâ, utq; & ad miraculum modestiam,
Patrumq; vafra contra eum molimina;
Eum nec esse nescium considerans
Suæ æquitatis; non tremere periculo

Trucis

Trucis nec ipso commoverier necis:
Qvò tandem Iësum cunq; pacto absolveret,
Periclitari cuncta, nil omittere.
Sed impius Grex sentiens *Antistitum*
Vulgiq; fæx, parùm æstimare *Præsidem*
Fictam in Deum blasphemiam, & Legis sacræ
Non pensi habere autoritatem; sed modis
Id agere cunctis, ut solutum vinculis
Dimitteret; *crimen relambunt alterum,*
Notantq;. Primum maximè si negligat,
Negligere tamen hoc esse ei nòn integrum.
Ergò replent aures molesto *Præsidis*
Clamore, celso murmur iret ut Polo:
Ad te nihil, *secure Præses dogmatum*
Cœlestium, cùm repputes piaculum
Spectare, *quòd se dicitavit Maximi*
NATUM JEHOVÆ; at alterum ad te pertinet
In Cæsarem quòd factiosus extitit.
Autoritate namq; fultus propriâ
Qvi se facit Regem renutu Cæsaris,
Sceptra illius pede proterit proteritèr.
At qvem vides, *reus* renutu *Cæsaris*
Sibi nomen usq; vendicavit regium,
Altoq; sprevit Cæsaris potentiam
Procax, rebellis, contumaxq; pectore.
Tu, pœna qvæ maneat rebellem conjice.
Qvis, mente ni captus, favére Cæsari
Hunc creduit, qvi perduellis acriùs

Qvàm

Qvàm tutiùs defensionem susciPit?
Qvodsi in tuâ, cœpsti prout, sententiâ
Perfexeris porrò obstinatiùs, gravem
Dicam tibi scribemus, ac ad *Ausonl*
Te per duellionis urnam Cæsaris
Mox postulabimus reum. Nam Cæsaris
Qvi hosti favet, resistere ille Cæsari
Præsumitur. Te, Cæsaris cùm faveris
Hosti, favorem perdidisse Cæsaris
Qvis ambigat? Qvæ verba, nil spirantia
Præter minarum mille plaustra, odium & necem,
Recti tenacem hucusq; mentem *Præsidis*
Citò perculére, non secùs, qvàm fulmina
Elisa nubibus trisulca montium
Solent ferire vertices. Nam pectore
Tacitus profundo dùm volutat, plurimos
Viros, alioqvìn integros, in Principum
Palatiis periclitatos maximè
Seclis fuisse singulis liventium
Edacibus calumniantûm morsibus;
A Rege plus in posterum cæpit sibi *Chryſoſt.*
Soli timere, qvàm Poli, & sic destitit
A liberatione JESU innoxii.
Qvem namq; causis major in forensibus *Prov. 29.*
Hominum alligat timor, DEI qvàm Vindicis, *v. 26.*
A semitâ mox æqvitatis corruit.
Rex CHRISTE *Regum*, qvi potentèr insidens
Celsi palatiis poli regis arduo

Morta-

Mortalium rem principatu, Cynthii
Cubile qvà est utrumq; ; Per te Principes
Dominantur, atq; jura didunt gentibus.
Horum tuo Flatu guberna pectora,
Ut cogitent, honorem & eminentiam,
Potentiam, felicitatem, gloriam
Diæ benignitatis esse munera,
Illisq; non utantur ad tyrannidem,
Libidinem, ac oppressionem pauperum,
Sed ad verendi provehendum nominis
Decus tui atq; gloriam, ac ad posteros
Verbi perendinationem cœlici,
Ut integello corde, conscientiâ
Minusq; læsâ, cùm suprema illuxerit
Orbi dies, citati ad urnam singula
Resolvere ad qvæsita possint guttura,
Perenniduris atq; vitæ gaudiis,
Choro beatorum additi, tecum frui.

Tèr tacuit JESUS, *coram*
Caiphâ Joh. 18. 19. & seqq.
Herode Luc. 23. 8 9.
& Pilato Joh 19. 9.

Tèr acrium qvæsita dedignatus est
Responsione Christus hostium, & qvi-
Antichristus primo omnium pellaciæ, (dem
Cui de alumnis, & fidelium grege

Ubi,

Ubi, undè eos, reiq; cujus gratiâ
Autoritate quâve fretus, propriâ
An exterâ, legisset; hosq; dogmatis
Quis imbuisset in latebris abditus
Cœcis? roganti: haùd nescius, nòn Judicis
Recti tenacis more scisciterier
Antistitem, qvò vera percognoscerem;
Sed dædalis venarier strophis, vice
Sibi qvod impingi potisset criminis,
Et ansam Alumnorum in necem certissimam,
Periculi qvos fidus immunes velut
Pastor gregis volebat, aucuparier:
Planè nihil, qvod expetebat scisscere
Respondit. A suo sed, ac domestico
Ad publicum hostiumq; qvo probatius
Dari innocenti vix potestur, provocat
Repentè testimonium. *Scholæ*, inqviens:
Templum, ara, parietes, columnæ, fornices,
Qvæ protuli, *Patris* loqvuntur dogmata,
Qvæ præstiti, testantur & miracula.
Tua tantasi subit lubido pectora,
Rescire vera, vera tùm rescisscere
Licuisset, Orator Patris cùm cœlica
Pandi popello propalàm mysteria.
Hos, fortè si nescis, licebit qværere,
Hi de meis reddent rogati dogmatis
Responsa, deq; cœlicis miraculis.
Finem loqvendi vix Iësus fecerat,

Neqvissimus qvidam è ministris flagrio,
Tibi sic resolvisse, insit: ora in Præsulem
Summum putas fore integrum? nòn sic feres
Impunè, nòn sic. Hisq; dictis acriter
(Stupenda JESU lenitas!) innoxia
Pugnis in ora sæviit. JESUS cui:
Invisa res Hero ubiq; Veritas
Est, ô amice! *vera dicis, nescius*
Fraudum. Tibi si nòn probantur, argue
Falsa esse. Victus evidenter porrigam
Herbam lubens. *Sin, quæ loquebar, consona*
Esa. 53. 9. *Vero clauunt, nullius unquam conscia*
Fraudis sibi cur ora nostra percutis?
De primulo JESV sat hæc silentio.
Luc. 23. 8 HERODE dein coram *Tetrarchâ* obmutuit.
9. Se namq; scisitantem: an esset is, Patre
Matth. 2. Qvondam Asclonitâ qvi fremente sævitèr
16. Bethlæ tenellos in puellos parvulæ
Lactentium solus cate tot funera
Incolumis evasisset inter Martyrum?
An esset is, nascente qvo Marcoticis
Idola in oris, multiformi finxerat
Olim figurâ qvæ juvante dædalus
Chrysurgus igni, corruissent ænea?
Cœcis qvi ocellos, ferreo qvi Spiritum
Somno gravatus reddidisset, pristinum
Stupidis vigorem & artubus; qvi languidis
Medicam tulisset absq; pharmacis opem;

Qvi

Qvi dira sanâsset lepræ contagia
Verbo Entheo; fluxis per artus flaccida
Qvi nervulis connexuisset vincula?
IESUS haùd amore veri qværere
Ductum sciens, sed dejerâsse in omnia
Scelera protervum, insontis innocentiam
Regisq; jura cœlici pensi nihil
Habere, nòn responsione verbuli
Dignum Tetrarcham judicat vel unici.
JESUS rei sed cur Creator integræ
Et repparator perditæ mortalium
Cùm natus in mundi theatrum venerit, Joh. 18, 37.
Non ut dolosis falleret mendaciis
Qvenqvam, vafrisq; fraudulenter læderet
Strophis; Sed oris usq; veri cognitus Matth. 22.
Testis clueret veritatis cœlicæ v. 16.
Christisq; semitam suis ad limina
Cœli beata ostenderet rectissimam;
Cur, qvæsito, se ortum rogantem Patrium Joh. 19, 9.
Dignatur uno Præsidem nec verbulo?
Antistes Hipponensis ille Ecclesiæ Augustin.
Responsa *sol* reddit roganti candidus,
Id difficultas qvæstionis, inqviens
Obscura cujus Præsidi solutio,
Ut Ethnico, planè fuisset, nòn tulit.
Nam fando qvis, cui mille sunt vel lingüæ
Et ora mille, originem ejus explicet Esa. 53, 8.
Fini carentem? Namq; si vel maximè

Psal. 2, 7. Sese esse *germanum characterem Patris*
Satum ante in orbem, volverentur qvàm citò
Motu Poli orbes; atq; demùm, temporis
Secreta cum mensura adimplesset modum,
Defluxe ad imas è supernis sedibus,
Imos ut aulæ nos supernæ redderet;
Et qvicqvid est miraculorum, *Pontio*
Fando explicâsset, putido humanæ tamen
Profundiùs rationis immersus luto,
Velut Ethnicus, fòrs verberasset Enthea
Miracla rhonchis & cavillis improbè.
Chrysost. Divinitatis & citatus noluit
Suæ esse testis ipse, ne fòrs Cæsaris
Autoritate, qvâ valebat maximè,
Conatibus *Pilatus* iret obviam
Patrum cruentis, gentis & redemptio
Hâc impediretur strophâ mortalium
E faucibus Cocytiis. JESUS bonus
Nimis etiam sudando thrombos sanguinis,
Pugnis, flagellis, fusibusq; militum
Passus jam erat, noctemq; totam, & maximam
Patiendo lucis portionem expenderat,
Restabat & nil, dira mors nisi crucis.
Hunc ergò neqvicqvam, suam undè originè
Traheret, rogabat, qvem antea tot cœlicis
Novisse vere poterat ex miraculis.
Patientiæ exemplum dein' relinqvere
Voluit Alumnis, & suo de nomine

Dictis

Dictis fidelibus. Nam ad obtutum velut
Bidens solet tonsoris obmutescere:
Sic ora nòn in re resolvit optimâ — Esa 53, 7.

Agnellus ille JESUS innocens Patris.

Hucusq; enim qvòd Pontio responderat, — Act. 8, 33.
Integritatem vitæ & innocentiam
Voluit amicis hostibusq; prodere,
Mortem sed ultrò totius pro crimine — Esa. 53, 7. 12.
Mundi, coactus haùd, pati decreverat.
Suis reliqvit tandem amicis regulam,
Ne singulorum, susq; deq; dogmata
Habentium divina, maximè spei
Supereſſe nil si viderint, relinqvier
Correctioni nec locum, ad volentiam
Responsa reddant captiosis ilicèt
Qvæstionibus, nec uniones sordidis — Matth. 7, 6
Porcis vorandos, aut terendos ungulis
Duint lutosis. Namq; vera indignus est — Ambros. in
Rescire, qvem juvat dolosè qværere. — Ezech.

Pilatus abluit manus,

Matth. 27, 24.

Qvem fraudis omnis atq; criminis purum
Vitæq; nôrat integrum, impio coram
Toties qvem Apellâ & improbâ Sacerdotum
Innoxium pronuntiaverat turbâ
Jesum Pilatus; hunc libidini tradit

Judaicæ, crudelitate conspurcans
Novâ æqvitatem pristinam, & furori horum
Dùm servit insanabili nimis, lege
Ut patriâ permittit occidat JESUS.
Præfatus & suam innocentiam, immunem
Innoxii sese esse sanguinis; facti
Impiissimi invidiam, manus lavans ambas
In impios pio refert satos Judâ.
Vos, inqviens, *Vos*, *vos* videte, responsi
Ausis qvid olim pro nefariis, mente
Qvæ jam cruentâ machinamini, Jovæ
Sitis daturi! qvâ abluo manus, lympha
Certum meæ sit innocentiæ signum.
Sed ô te homullulûm omnium, tui Phœbo
Qvos contigit, miserrimi! Omnis ô te æqvi
Jurisq;, legum & omnium, & DEI summi
Temptorem! Iësum iniqvitatis expertem
Pronuntiatum, judicas crucis dignum
Suspendio, ut Judaicæ furor plebis (clis
Tantùm impleatur? *Barrhabæ*. heu scelo! vin-
Mittis solutum aheneis, necas JESUM?
Autor neci (proh dedecus!) datur *Vitæ*,
Dimittitur, cruore cui manus spumant (phâ,
Humano adhuc, *latro*? Abluis manus lym-
Hâc autumans ratione te fore insontem.
Sed detur, hâc ablutione te puras
Manus cruoris indipiscier; numqvid
DEUM latére omniscium putas posse

Cor

Cor inqvinatum? Numqvid ablues lymphâ
Sparsam cruore conscientiam sancto?
An hic, cui præfertur impius latro
Ullius unqvam criminis, licet vilis,
Convincier qvivit? Faterier nonne
Coactus es, purum esse criminis, dignum
In eoq; repperirier nihil morte?
An nòn, Iësu qvi parare sunt ausi
Crimen dolosis qvestibus, fuére hostes
Ipsius infensissimi? Arbitri estne æqvi
Jus omne contra fasq; qvempiam leto
Adjudicare in gratiam efferatorum
Odiis atrocioribus? Tibin' mente
Subito excidit, qvod insolenter haùd pridem
Dixti: Esse te arbitrum penes, cruci celsæ
Figasne eum, an pronuncies cito justum?
Consentiunt si dicta rebus, à Jovâ
Vi cur abuteris datâ? *Iuro* vinclis
Cur solvitur *reus?* revinctus & JESUS
Qvare manus post terga, qvi dolo vitam
Omni absq; & absq; fraude vixerat, ligno
Crucis necandus militum datur turmæ?
Eheu te iniqvum judicem! nihil ducis
Pensi æqvitatem? te qvis eximet culpâ, *Chrysost.*
Judex iniquus judicandus extremâ
Cùm stabis in die ante judicis justi
Urnam? penes te namq; si fuit justi
Dimissio, *cur innocentis agnelli*

Tuas cruore polluis manus? *Verbum*
Hoc te cremandum tradet *unicum* flammis
Cocytiis; & cum salutis æternæ
Dispendio olim senties, fiet qvidnam
Innoxium, dulcem, pium, integrum vitæ
Purum omnis atq; criminis, reum mortis
Fas omne contra judicare crudelis.

Sanguis ejus super nos & Filios nostros.

Matth. 27, 25.

QVi vos (malum!) *gens perdita*, in scelus tantum
Furor impulit, svadente Tartari Rege
Diris ut exsecrationibus vobis
Accersferetis atq; posteris vestris
Iram DEI? mens obstupescit, ac horror
Gelidus comas toties subit, meæ menti
Qvoties oberrat cogitatio culpæ
In vos & omnes posteros redundantis.
Hieron. Hæreditatem, *felices*! bonam Natis
Unctumq; patrimonium reliqvistis?
O vota verè digna gente vesanâ!
Chrysost. Dùm cœlicum abdicatis impiè Regem
Aheneo sub barbari jugo Regis
Cervicem avetis usq; pandi incedere!
Sed judicio vestro peritis, & justa

Est

Est vestra condemnatio; atq; Sanctorum — Matth 23.
Extructo ab orbe Martyrum cruor, cæso — v. 35.
A sancto Abele fratris impiè telo — Gen. 4. 9.
Ad usq; Zachariam neci datum juxta — 2. Par. 24.
Altare, cùm tauri cruore placaret — v. 21.
Jovam à viâq; vocaret impiâ vestros
Patres, Poli ad convexa sustulit vocem,
Deumq; criminum poposcit ultorem.
Nam vestra cum fragore *Civitas* summo — Matth. 23.
Ab incolis deserta decidit præceps, — v. 38.
Qvos dira pestis falce messuit, ferro
Truncavit hostis, atq; vendidit parvo,
Absumpsit ac acerba mentium longe
Distractio, urbium ruina florentum,
Intra ipsa plures mœnia. Insuper, vobis
Qvod esse debet longè acerbius morte
Tellure propriâ caretis, incertis
Et sedibus, dira exsecratio facti
Mortalibus, vagamini; atq; rejecto
Lapide inclito cultu DEI absq; sincero
Et absq; regno & Rege vivitis, tandem
Stygio & voranda existitis foco præda.
DEUS benigne, sæpè qvi fatos Juda
Gravibus vocâsti concionibus sanctum
Ad gratiæ commercium tuæ; *Flatu*
Tuo guberna, qvæso, cor meum, tali
Furore ne correptus aggravem culpam,
Cocytioq; judicer rogo dignus,

Qvi cum tuo pari potentia regnas
Per secla Filio atq; Spiritu cuncta.

ACTUS III.

Exhibens gesta extra Urbem in loco Calvariæ, ubi CHRISTI ad crucem alligati manus, pedesq; clavis & latus lanceâ transjecerant milites.

Christus educitur, & crucem ipse bajulat.

Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joh. 19.

Gen. 22, 6 Eductus extra patriæ *Isaac* fines
Credentium satoris unicus Natus
Abræ immolandus ligneos tulit montem
Fasces in altum, educto & ense conspecto
Aràq;, mox cervicibus revellendum
Jussu Jehovæ præbuit caput Patri.

Augustl lib. de 8 virt. Charitat. *Genitoris almi Natus unicus JESUS*
Eductus extra mœnia *Urbis*, immensæ
Cervice molis bajulat crucem pandâ.
Tenerum impeditur spineo caput serto,
Qvi venit, ut radicitùs luis spinas
Evellat infandæ. Ligatur æratis
Manus pedesq; vinculis, avernales

Qvi

Qvi deſtruit frangitq; compedes, Dæmon
Generi arte qvas mortalium vafrâ finxit.
Suffigitur plantas manusq; transverſo
Ligno, erigit qvi fluxa verbulo membra.
Vitæ ſiti *Fons* ipſus uritur magnâ,
Levare qvam grex improbus ſtudet felle.
Virgis Magiſter ipſe cæditur, pace *Eſa. 53. 5.*
Ut nos fruiſcier qveamus optatâ.
Letale vulnus omnium accipit *certa*
Mortalium ſalus. Subit necem *Vita*,
Ut detur in poli palatio nobis
Vitâ fruiſci. Sæva Morta ſuccidit
Vitam breve ad momentum, ut æviternis *Mors*
Vitæ à *datore* ſeculis neci detur.

Proſopopœja CHRISTI, humanum genus è cruce alloquentis.

Pauliſper adſta *homulle*, nec tibi parvam
Traxiſſe ſit moram grave, aure ſed fidâ
Reconde ductas corde lacrymas imo,
Magnæ mihi qvas pœna molis extorqvet.
Trifidi orbis ante infantiam *Patris* corde
Proſeminatus morbidum indui corpus,
Lapſæ ruinas gentis ut reſarcirem.
Sed heu! mihi qvos extimaveram fidos
Cives futuros maximè, gradum propter
Propinqviorem ſanguinis; feris tauris

Im-

Ps. 22, 13. Immaniores, & leonibus, dira
v. 21. Qvos incitat fames, ferisq; qvas munit
In fronte cornu longum & asperum, sensi.
Vicos pererrans passim, & oppida, ac Urbes,
Luc. 7, 21. Miracla qvæ non præstiti super cæcis,
Surdis, leprosis, claudicantibus, mutis,
Qvæ propriâ virtute præstitit nemo,
Me præter? E tumbâ vigore prodire
Visi recepto, me vocante, sectator
Joh. 11, 44. Verbi fidelis ille *Lazarus*, noster
Matt. 9, 26 Nec non benignus hospes; atq; *Jairi*
Luc. 7, 15. Nata unica; unus & Nainitidis Natus.
Marc. 8, 8 Panumq; pisciumq; copiâ parvâ
Joh. 6, 12. Bis magnam homullûm multitudinem pavi.
Luc. 11, 14. Taceo vafras Cocyti technas Regis,
Qveis ille visu linguâq; truncatos
Et auribus (dictu horridum!) modis torsit
Miseris, retusas, voce & Entheâ illusas.
Hæc atq; plura (laxitate nòn multâ
Ut multa cogam) præstiti fide multò
Majora, præ se & nil ferentia humani
Miracla. Sed qvæ inter mihi peregrinos
Conflare qvibant gratiam, inter ac hostes,
Fecére me invisum mei (scelus seclis
Nunqvam silendum posteris!) popli Primis.
Joh. 7, 27. De fæce qvi cùm me esse crederent vulgi
41. 52. Natumq; *matre paupere, Patre Tectrando*
Joh. 6, 42. Convitiis, opprobriisq; blasphemo
Matt. 7, 55

Meum

Meum notabant nomen ore nòn ſvetis Marc. 6, 4.
Phlegethontii virtute Dæmonas Regis Luc. 4, 22.
Conclamitabant me fugare; fraterno (cti, Joh. 8, 48.
Tùm publicanos plus qvàm amore comple- Luc. 15, 2.
Auſu & ruentium in voraginem propriô
Scelerum in cathedrâ ſeſſitare nòn rarò.
Rationibus victi Entheis dein', cæci Joh. 8, 59.
Furoris œſtro perciti, imbre petroſo
Sua jura malebant tuerier. Verùm
Alii Pater me deſtinaverat Fato,
Et ſic ſitientum ſanguinem meum effugi
Tùm temporis manus, vafrasq; nil qvicqvam Pſ. 2, 4.
Technas Deum adverſus potiſſe monſtravi.
Bis qvindecim tandem offerunt Sacerdotes Matth. 26,
Drachmas Sodali, maximè cui fiſus v. 16.
Concredidi ſecretiora, qvem fovi,
De pane qvem nutriveram meo, juncto Pſ. 41, 9.
Propinqvitate mi domoq; mensâq;,
Ut me oſculi ſub ſymbolo impio blandi
Iniqvus, audax, perfidus, ferox, fallax,
Crudelis, immitis, cruentus, inſanus
Prodendo tradat hoſtium globo armato.
Ab urnâ ad urnam Judicum dein ductus
Datatim iniqvûm, dignus æſtimatus fùm
Cui Barrhabam præponerent, & eductum
Qvem morte lentâ proderent duos inter
Notæ rapacitatis, heu ſcelus! fures.
Et qvod dolendum, in Urbe, cùm tamen verè

Me

Me ſpectet amplus Orbis optimo jure
Non deſtinatur ſupplicI locus, noſtræ
Teſtis futurus innocentiæ, tenûe
Vel maximis levamen in malis ſaltim;
Extra ſed Urbis mœnia in locum, nomen
Cui craniorum copia indidit, ductant.
Hic ſubſtiti, vires recolligens. Illi
Sed iniqviùs atq; duriùs pavimento
Ps. 22, 16. Nudum petroſo me ilicèt, velut Cervam
Actam diu venatici canes, ſternunt.
Ephippio deinde duriùs, *cornu*
Vocant *recurvum* cùm inſidere feciſſent,
Membris loco repente proprio motis
Immaniter manus & hinc & hinc tenſas,
Pedumq;, talum utrumq; proximè, plantas
Clavis foratas, tigno utriq; transverſo,
Summo manus, pedes & infimo, figunt.
Renes, lienem, & viſcerum omnium Regem
Cor prominere cerneres, qvaſi thecâ
Saltim abdita eſſent vitreâ. Dein crucem
Tanto in foramen impetu cavum mittunt,
Ut cuncta vulnera de novo recrudeſcant,
Dolor redintegretur atq; ſopitus.
Servator en! hic pendeo tuus, plantas
Palmasq; ſuffixus, genûs necis paſſus
Salute pro tuâ, qvo atrocius nemo
Unqvam fuit paſſus. Polum inter & terram
Expanſus, en! anathema pendeo factus.

O qvàm

O qvàm labat ſenſimq; deficit cervix
Labore duro languida atq; confecta!
Heu qvàm fatiſcunt vulnera, qvàm recrudeſcunt
Ob aërem ſic penduli aſperum & ſcabrum!
Qvàm luminum orbes linqvit ilicèt virtus
Omnis tenellos! Ora ut occupat pallor,
Nupèr notabat qvæ rubor! fatigati
Eheu lacerti qvàm labore ſubſidunt!
Taceo pedes & tenuia qvàm labent crura,
Manus fluant cruore, ut imbre, ſuffuſi
Pedesq; ! Perſpicin' ſiti aſperâ ut fauces
Exareant! palato ut hæreat lingua,
Diæ & coræſtu, ut acta fraxinus ventis,
Iræ intremiſcat, palpitet metu magno!
Qvoties ocellis ergò me adſpicis cordis
Funeſtâ ab orno penſilem, cor obdures *Pſ. 95, 7.*
Cave; ſed imo corde criminum molem,
Sævi ſſimorum qvæ fuére mi cauſa
Cruciatuum conſidera, atq; confeſſus
Peccata deteſtanda, dùm ſinit tempus,
I, corde & ore flagita veniam Patrem.

Protoplaſti, & Ego, fabricavimus JESU pedicas.

Te qvæ (malum!) vivent'u n Parens cœpit *Gen. 3, 20.*
Dementia, ut præponeres dolos vafri
Draconis, ob ſuperbiam Polo exacti,

Moni-

Monitis DEI fidiſſimis? *Quid ô Ada!*
Te adegit, ut dictis tuæ nimis *Coſtæ*
Heu! credulus poſtponeres polimalo
Gen. 2, 17. Sedes beatas? Vos ligaverat vinclo
Paradiſi amœnis in locis DEUS juſtus
Obedientiæ. Sed, heu dolor! mali
Verè improbæ malo improbo Poli verum
Vos perdidiſtis gaudium, ſoluto illo
Amoris arcto inter DEUM atq; vos nexo
Nexu. Hinc mali corvi malum illud eſt ovũ,
Et ſingulas contagio mali venas
Pertranſiit tanti; atq; febrium, membris
Æſtu omnibus furentium cohors terras
Pervaſit, atq; tuber integrum eſt corpus.
Hinc lacrymæ illæ. Namq; me DEUS, cuncti
Boni origo, vinculis ligaverat firmis
Legis ſacræ, ut traducerem piè vitam,
Modeſtè, honeſtè, obedienter & ſanctè:
Verùm (heu dolor!) vetitæ arboris cibus di-
Me illexit, & trahens originem labis (rus
Contagium fœdæ à Parentibus primis
Pervaſit artus ſingulos, mali cauſa
Et omnis extitit, meum jugo collum
Petulanter ut ſubducerem tuæ legis
Diſſolveremq; obedientiæ nexum.
Dehinc ſolutum vinculis DEI Dæmon
Vafer catenis mortis & tenebrarum
Adamantinis circumdedit rogo dignum

Cocy-

Cocytio, sine fine dentium stridor
Ubi torqvet incolas, dolorq; cum fletu.
Qvis ergò me qvis liberabit á vinclis
Phlegethontii Regis? vicis qvis infandæ
Miserebitur? nempè exigit rigor Dius,
Ut vinculis me liberans suo intendat
Illa ipsa collo. Vinculis qvis ereptum
Cocytii me vindicabit à Regis?
Sed exili cor gaudio! levi tacta
Palmâ Chely atq; Nablium melos svave
Modulamini! laudate cantibus festis
Natum DEI! fons hic salutis & longè
Mi autor beatioris extitit vitæ,
Dùm sputa fœda, vincla ahena perpessus
Flagella, sannas, brachia & pedes trunco
Extendit erecto arboris, nece æternâ
Ut liberatum redderet suo Patri.
Benigne qveis tibi CHRISTE gratias verbis
Bonis agam pro præstitis mihi tantis?
En interim præconium tibi laudum,
Cœlestium donec gregi additus tandem
Vitæ beatæ clausulâ tuas dignè
Sine fine dias prædicavero laudes.

Matth. 12. v. 13.

I. Verbum.

Pater remitte eis, nesciunt enim, quid faciant. Luc. 23. 34.

Suffixus ac distentus in crucis ligno

Hæret nefandæ redditurus humanum
Genus Patri, peccata propter avulsum
Qvondam beatis sedibus Poli JESUS,
Supra & fidem patientia ejus est magna.
1. Petr. 2. Namq; ora nunqvám Apellam in impium sol-
v. 23. Convitiis læsus popoſcit haùd pœnas; (vit,
Verè sed ardens Dio amore mortales
Doloris & longi immemor vices clemens
Nostras dolet, veniamq; criminum Patrem
Exorat: O Pater! remitte eis tantum
In Filio qvod perpetrant scelus, dicens.
O lenitate lenior! te in orbe alter
Nón univerſo est blandior, merè grata
Ineſt in ore ſvavitas. Qvibus, qvæſo,
Me indignum ab orno pendulus beas verbis?
O mole conſcientiæ laborantes
Labis sceleſtæ adeſte! pectoris JESU
Sedem reliqvit Cor, palati & inſidens
Sanctiſſimi plectro piis Patrem votis
Precatur, ut remittat iram, & ignoſcat
Contagiis culpæ nefariæ tetris.
Qvi in poſterum ſperare non ſalutem auſit,
Cùm deprecantem hujusmodi ſiet nactus
Impunitatem qvi Reo Patrem poſcat?

II. Ver-

II. Verbum.

Ecce Filius tuus! Ecce Mater tua!

Joh. 19. 26. 27.

Sannas IESUS, sputa, pugnos sustinet
Mente validâ, atq; si qvid his acerbius
Ab improbis Calonibus, non-sutilem
Togam atq; vestes sorte reliqvas diripi
Mutus & ocellis dividi siccis videt
A militum globo. Sed ut fœmellulas
Sese secutas, has & inter Virginem
Matrem sui Patris ora miserè lacrymis
Turpantem; Alumnum & insuper (*Janum* puta
Operculo silentii modestiæ
Nomen tegentem gratiâ) charum sibi,
Pectus supra qvi cœnâ in ultimâ suum
Caput reclinârat, crucem juxta videt
Stantes, anhelo hos ore protulit sonos:
Curam en! tuæ *mulier* salutis hactenus
Gessi fidelem! parce, parce lacrymis!
Non exedat nimius dolor pectusculum!
Dio Patri gerendus est mos, ut satis
Hujus fuat tandem rigori. At interim
Carebis haùd tutore. Filii loco
Qvem conspicis, charus tibi præ cœteris
Sit JANUS hic Apostolis. Dein' paucula
Conversus ad JANUM refert: *Matrem* en tibi!
Hanc erigas velim, atq; firmo fulcias,

In rebus ad te si recurret asperis,
Solatio. Vos gliscat inter aurea
Pax, charitatis vosq; vinclum mutuæ
Liget arctius! pendebis ex nutu illius
Tu, *ô Jane* germanæ velut matris pio;
Hæc contrà amoris reddet usq; mutui
Fide optimâ tibi, velut Nato, vices.

Augustin. Vix dixerat JESUS, parato pectore
Dictis Magistri *Janus* audiens piis
Matrem fovendam & nutriendam *Virginem*
Ad se receptat, non sua qvidem in præ dia
Ditata culti jugeris magnis soli,
Qvæ nulla, cœteri perinde Apostoli,
Nec tùm tenebat, posteris nec seculis;
Sed in suas, qvis singulari præfuit
Industriâ, partes sua inq; munia,
Materculam dùm sortis asperæ gravi
Sub fasce nòn rarò levat molestiis
Languentem iniqvo *tutor atq; filius.*

Bernh. Sed sortis, eheu, duriusculæ vices!
Pro JESU Iänus, pro Magistro Apostolus,
Pro Hero minister, pro Jehovæ Filio
Natus Homuli Matri datur mœstissimæ.

Idem. Sed qvæso te, qvid causæ erat, ter optimi
Fili Jehovæ, qvòd tuam, tenellulis
Papillulas qvæ dulciter labellulis
Immulsit olim, & diligenter nutriit,
Honore dedignare matris jam qvidem
Vitæ beatæ sub labantis clausulâ, Mater-

Materculam ad mamillulas qvam pendulus
Mammam subindè *Mammulam* q; musteo
Appellitabas osculillo? Suggerunt
Pro te Patres responsa sancti, & inqviunt: *Anshelm.*
Tùm non erat tempus loqvendi dulciter *& Lira.*
Nec blandicellæ voce Matris blandulâ
Suäve nomen exprimendi. Creduim
Facùl, locutus si fuisses dulciùs
Matrisq; Matrem appellitâsses nomine,
Cor dissolutum intrà dolore Virginis,
Ut sole ceram, intabuisse. O optime
JESU, tuorum stipitem juxta crucis
Qvi stantium metire ocellis lacrymas,
Et aure fidâ corditùs suspiria
Ducta imbibis, Matriq; tutorem piæ
Amore ductus filiali præficis,
Et sic tuorum, ab orbe qvotqvot condito
Vixere, seclis qvotq; vivent posteris,
In te salutis unicè fiduciam
Locantium curam fidelè susçipis:
Sors fulminans, *Rex Tartari*, curans nihil
Orbis *Jehovam* œstro furoris percitus
Diri gemit, furit, intonat, frendit, fremit,
Ecclesiam tuo redemptam sanguine
Qvousq; fido destitutam negliges
Tutore? Eam qvousq; tumidus viribus
Hostis crepet fractam suis? *En religio*
Sincera, diæ Veritatis æmula

Expers & usq; fraudis & mendacii
Excussa per terras & urbes sedibus
Pullata divagatur. Hostis interim
Non Luniger Tyrannus, atrox nominis
Hostis tui; primas in æde sed tuâ
Sibi vendicans, *Romanus ipse Jupiter*
Agit triumphos bruta vibrans fulmina,
Laqveo minans, ferro, igni, & ense perdere,
Damnant Deastros qvotqvot & rasum gregē.
Hic, atq; Lojolæ nepotes improbi
Monitis toties reclamitantes patriis
Pede & petulco proterentes Entheam
Clementiam, favorem & indulgentiam
Fac sentiant, tuam & tremant potentiam.
Tu celsa rupes, arx inexpugnabilis,
Ahena turris, robur insuperabile
Cluis tuorum, in te salutis nitimur
Nostræ ancorâ; nostris cruore pingvibus
Heu! Christiano finibus bella ejice,
Pacemq; rerum redde terris optimam.
Tandemq; post longa exili fastidia
Ecclesiam sedes reduc in pristinas,
Eiq; tutores ad usq; seculi
Finem pios Parastatasq; præfice,
Qvoadusq; desmoterio corpuscvli
Hujus soluti, & omnes expertes crucis
In regiâ Poli beatâ compotes
Solatii fiamus atq; gaudii
Non æviternis delituri seculis. Amē

Amara Matris contemplatio.

ex Anshelmo & Bernhardo.

Non sic furit stridoribus cacumina
In arborum comata Zephyrus; æqvoris
Non fluctibus cautes profundi tunditur
Prærupta sic raucis; Rotis nec regia
Via magè trita cernitur ferventibus:
Luxata qvàm serie dolorum singula
Sunt membra JESU. Namq; seu consideras *Interiores*
In ipso Oleto supplicem factum genu *animæ*
Posito Patri; artubus trementem conspicis, *passiones.*
Cor abditum recessu in imo pectoris
Exæstuat, stuporem ad usq; corpore
Thrombi cadunt ab universo sanguinis.
Dominum Minister, Plasma Plasten (res fidem
Supra, sed hospes qvis ni Apella in literis
Sacris, vel ipse Turca, vilipendio
Nòn creduit Christi mero ductus?) levat
Solatio. Sive extra Oletum, funibus *Exteriores*
Tortis ligatum, examinatum, stupeis *corporis*
Cæsum flagellis terga fævitèr, caput *passiones:*
Serto revinctum spineo, convitiis
Sævis petitum, sordido pictum genas
Muco; probrosæ sub crucis pandum trabe
Pedesvé suffixum tigillis & manus
Consideras: nihil deesse singulis
Horum, ultimam ad necem inferendam, torminum

Cuiq; dejeraveris fortissimo.
At mente forti hæc cuncta JESUS hauserat.
Et qvia Polum distentus inter & Solum
Anathema pro orbis totius stat crimine
Leti propinqvus limini, tandem modus
Statuendus infandis erat doloribus.
Sed nec malorum est ulla meta nec modus.
Parùm videri namq; poterat, tormina
Hausisse tot, tot atq; sannas fortiter;
Hucusq; ni dormire qvi visi arctiùs
Animæ dolores, obruissent impetu
Torrentis instar fluminis JESUM novo.
Dum namq; decussatæ ab arboris trabe
Genas rigantem lacrymarum flumine
Matrem videt, pectusq; plangentem manu,
Mentis pio fuisse qvid JESU putas?
At *Mater*, heu! qvid *Mater*? ultrà nomine
Non digna Matris; nòn homo, sed homulluli
Imago, & umbra destituta viribus,
Ut conspicata *Filium*, liventia
Charo Patri pendentem ab *arâ* brachia
Diræ *Crucis*, tabo fluens atro caput,
Arens siti nimiâ palatum, pendulas
Genas, recessu in corporis cor diffluens;
Effusa stat tristis comas, manum implicans
Dextræ sinistram pectinatim, & lacrymis
Ora irrigans fusis, stolam, calanticam.
Spectaculum moderna ad usq; tempora

Tri-

Triformis indè ab orbis incunabulis
Solem aureum nòn aliud ullum triſtius
Vidiſſe credo. Mater illa, filios — 2 Macc. 7. v. 20.
In Maccabæos cum Tyrannum cerneret
Crudelitèr ſævire flagris, lingüæ
Exſectione, nuda perq; viſcera
Detractione pellis integræ, picis
Perfuſione liqvidæ, manuum & pedum
Reſectione, inſtar ſtetit Marpeſiæ
Cautis, futuræ freta certitudine
Vitæ moveri conqveriq; neſcia.
Fletu qvis abſq; Martyrum diſcrimina
Horum; piæ Matris qvis ad miraculum
Percurrere legendo qveat conſtantiam?
Mauritium adoſtium maris (qvem Boſporũ — Chron. Carion. l. 3. Angelocr. l. 9. Chronol. in vitâ Mauric. p. 549.
A transfretatione mutati Jovis
Bovis in figuram fabuloſa nuncupat
Antiqvitas) *Matrem* intuentem *& Conjugi*
Tribusq; filiabus & tot filiis
(horum tenelli, adhuc parentis penduli
Adubera effluxiſſe plus lactis gulâ
Tenerâ ferunt, qvàm ſanguinis) reſolvere
Jugulum-tenus trunco machærâ, tontui
Qvis, qvæſo, ſiccis qvis poteſt occellulis,
Ni præbuére fòrs cui mammas tigres,
Ferrivé cujus pectori inſunt ſemina? — Plin. nat. hiſt. l. 35. c. 10.
Pictor *timantes*, Pictor ille, Plinius
Cujus fuiſſe acumen ingenI ſupra

Artem crepat, cùm stante ad aras Filiâ
Agamemnonis jam jam futura victima,
Ingente sqvalentes amicos singulos
Mœrore depinxisset, ejus patruum
Præsertim & implevisset omnem imaginem
Mœroris; obduxit nigro velamine
Vultum Patris; sese esse tanto vividis
Notans minorem ad exprimendum lineis
Luctum altiùs fixum paterno pectore,
Qvantò malum esset lacrymis prægnantius
Domesticum. Mœrore cuncta, planctibus
Hic plena sunt, sunt plena luctus, lumina
Qvocunq; flectis; Sed dolores, æstuat
Qveis cor *Mariæ Matris arg. Virginis*,
Eò acrius materna pungunt pectora,
Qvo Filii, virilis expers seminis
Miraculosior fuit conceptio,
Et labis à contagio qvò longiùs
Fœdæ abfuit. Nam mysticó spiramine
Mater satum, nòn ex virili semine
Interprete Gabriele nòrat Filium
DEUM esse de vero DEO, de lumine
Lumenq; verum, obnoxiumq; criminis
Nullius unqvam. Hinc causa diversissima
JESU resultat & piorum Martyrum
Mortis nefandæ. Hi namq; solo corpore
Ad unius plerumq; vix horæ moram
Tormenta passi vinculis carnalibus

Efflant

Efflant soluti Spiritum cum gaudio:
At CHRISTUS animâ patitur, haûd ad horulæ
Brevem unius moram, simulq; corpore.
Nam CHRISTIANÆ passionis non modus
Nec finis est. Præterqvam enim qvòd passio *Hieron.*
Mera exiliumq; Vita Messiæ fuit
Necis ultimum nefandæ ad usq; terminum;
Ab improbis vilissimè calonibus
Ternas per atræ noctis horas, blandulæ
Qveis se qvieti dedidere Antistites.
Tot flagra, sannas, probra, sputa pertulit,
Qvæ detegentur nemini, *Pantocrator*
Iniqvitatem Gentibus dùm perditi *Nahum. 3.*
Judex Apellæ singulis detexerit *v. 5. 6.*
Est insuper pretiosa Jovæ in ocellulis *Ps. 116, 15.*
Mors Martyrum, nec horum inultum sangui-
Sui pro honore nominis fusum finit: (nem
DEI *anathema* contrà IESUS est *Patris* *Deut. 21, 23*
Simùl infimorum & maximatûm opprobrium, *Gal. 3, 13.*
Jocus, cavillus, lusus, atq; fabula.
Qveis Mater illa, fecerat qvæ corpore *1. Reg. 3. 26.*
Qvæstum suo, qvantisq; Regem lacrymis,
Ne dideret Natum machæra, flagitat?
Exæstuat cor in recessu pectoris
Imo locatum, vix ocellis lacrymæ
Ullæ supersunt, tota penè lumina
Effleta sunt; allapsa donec poplite
Flexo potentem mentis ac opum rogat
Regem:

Regem: *Benignus atq; mitis parceret*
Senec. in Herc. fur. *Fuso recenter corpori!* firmarier
Non regna multo innoxioq; sanguine,
Mentis sed æqvitate, manſuetudine.
Id. in Tro. ad. Endoperia violenta neminem diu
Tenuiſſe. Per materna parceret ubera,
Qvæ ſuxerit, nec innocentis ſangvine
Manum inqvinaret puſionis; alteri
Qvin potiùs integrum atq; vivum redderet.
His illa *Mater* uſa qvondàm lacrymis,
Ut enſe falcato ſecandum Filium
Subtraheret iræ Regiæ, qvem ſemine
Adulterorum putido conceperat.
Sed *Virgini Matri* qvid inclitæ *ſui*
Patris putas fuiſſe mentis, pendulum
Ab arboris trunco videnti *Filium?*
Generoſa motus mens capere faciles ſolet.
Qvis ergò, ſi facundiâ vel Neſtorem.
Vel Apollinem doctâ poëſi vinceret,
Dignis qveat planctus referre verbulis?
Zeuxis qvis aptis exprimat coloribus
Labantia Matris genua, flaccidas manus
Duroq; fixa ſtipiti ſuâvia?
Pſ. 45, 2. Mundi qvoad ſtetit triformis machina,
Nôn ullus extitit, ſatus qvi ſemine
Mortalium formæ audeat præſtantiâ
Cum Rege Regum maximo contendere;
Nec ulla tanto amore *Mater* filium

Arſit,

Arsit, Theanthropum *Maria* ut Filium.
Hinc causa, qvod nec ulla Mater funere
Ex filii tot punctiones hauserit
In corde, morsibus dolorum saucio.
Tùm verè acutus transadegit pugio *Luc. 2, 35.*
Cor virginis, cùm passo hiatu strideret
Nati latus, rhamno & revincta tempora
Tabo inqvinarent ora rosea putido.
Qvot saucium Nati ictibus corpusculum;
Tot corde Mater mœsta cepit vulnera.
Qvid multa? Vulnus unum erat cor. Intimo
Qvem namq; bajulaverat sub pectore
Bis qvinq; menses; Alitum inter jubila
Cœlestis aulæ qvem sub oras luminis
Emiserat; cujus labris immulserat
Nectar tenellis candidum pleno ubere:
Inter gemellos hunc latrones, criminum
Pœnas luentes, stipiti diræ videt
Fixum crucis. Qvis oscla sæpè fixerat,
Manus terebrâ perforatas; brachia
Passis erat qvæ sæpiusclè brachiis
Amplexa, jam distenta monstrat sævitèr.
Charum caput, qvod applicatum pectori
Trecenta basiârat usq; ad millia
Serto impeditum & laniatum spineo
Tabo reclinatum riget pectusculo.
Orbis Monarcha, Delitiæ mortalium, *Bernh.*
Chori Voluptas cœlici, rebellium

Metus

Metus Angelorum, ſvave Matris gaudium
Nudus Notis à gente ſævâ & frigori
Spectaculum ad pudoris ac opprobrium
Expoſtus hæret. Tuta amicis ancora
In aſperis, portusq; fidus à Patre
Pſ. 22. 1. Chariſſimo ſe derelictum clamitat.
Pſ. 69. 22. Pro vino amari dant aceti pocula,
Pſ. 78. 16 Mirabili petræ arduæ qvi vulnere
Deduxerat per tesqva lymphas avia
Lymphas fluentes cum ſonoro murmure.
Hæc audiit viditq; *Virgo* ſenſuum
Dum ſenſa fetme perdidit. Teſtaceæ
Caput eſtinanis inſtar ollæ concavum,
Ocelluli turgent rubentes, at labra
Pallore turpantur, dolor, ſuſpiria
Repoſtum in imo pectoris cor exedunt
Nutat caput, tremunt manus, genua labant,
Viresq; plane elumbe corpus deſerunt.
Tandem reſumpto ſpiritu (nam præſtitit
Joh. 19. 27. Commiſſa *Johannes* ſibi fideliter
Solando Matrem & allevando munia.)
Sic ore ſingultante fertur Filio
Locuta vitæ ſub labantis termino.

Proſopopœja MATRIS
lamentantis.

Sortis ſecundæ qvæ procella culmine
Chare ilicet me *Nate* ſummo proruit,
Eheu!

Eheu! miſellam? Nòn mihi hæc, *ô Gabriel,*
Verax Jehovæ interpres usq; juſſuum,
Dederas Prophetarum legenti oracula
Promiſſa qvondam: *Filio* felix tuo — *Luc. 1, 28.*
Regina ſalve! ex Iſaci propagine
Omni Nurus ſelecta Jovæ, maxima
Tibi Deo coram reperta gratia.
Mortalium haùd es ſorte vulgari ſata,
Tibi miniſtrat mite Cœlum. Nominis,
Pictus qvoad polus tenebit ſidera,
Honos tui virebit inter fœminas.
Ubi illa nunc felicitas & gloria?
Evanuit tenues in auras, ut nigri
Venti volumina. O *Eliſa*, ſangvine — *Luc. 1, 42.*
Mihi juncta avito! nòn, ſuper ſi viveres
Me fœminas inter beatam diceres.
Fœmella nec tu, jam ſi adeſſes, ô pia, — *Luc. 11, 27.*
Mea perbeata prædicares ubera,
Mea nec beata dictitares viſcera,
Suſpendio qvæ bajulârint Filium
Dignum crucis! me tèr miſellam & ampliùs!
Namq; attigi ultimam malorum lineam,
Noviq; me facto dolores agmine
Stipant & anguit, ut, malorum ſarcinas
Si ſingulæ totius orbis fœminæ, — *Herodot. l. 7.*
Vixére qvot primis ab inde ſeculis,
Viventve poſteris, in unum congerant
Cumulum; tamen mea ſingularum & omnium

Futura

Futura ponderosior sit sarcina.
Ruth.1,20. Hæc post *amara*, non *Maria*, rectiùs
Cunctis vocabor, nam Jehova turbidam
Flagrantis in cursu furoris sævitèr
Comic. Mentem obruit mœrore, qvo mortalibus
Grac. Nòn aliud ullum gravius obtigit malum.
Pietate macta qvæ cluebam Filii
Ruth. 1. Paulò antè Mater; omnis (heu!) solatii
v.2.1. JOVA indigam fecit, locoq; gaudii
Non-ficta veri subdidit suspiria.
Proles Jehova vera & una maximi
Meiq;, sanguis (heu!) mihi te surpuit
Qvæ sæva tempestas? manus qvæ sangvine
Infanda vultus inqvinavit inclitos,
Et luteo formosiores phosphoro?
Hier. Vida. Terebra qvæ tuo hasta qvævé sanguine
Intepuit, æs lymphæ in modum nec ilicèt
Delicuit, hasta & ipsa nòn fuit cinis? (lus?
Heu! potuit in qvenqvam cadere tantum sce-
Mortalium licuitne cuiqvam in cœlites
Tantum nefas? Autore qvo resistitis
DEO impiè? qvò, qvò sceleśti tenditis?
Nòn hic rapacibus fuit mos belluis,
Ursis, lupis, nòn acribus leonibus.
Ni dispares fòrs in feras. Vosne acrior
Vis armat, an cœcus furor? passu pari
Furor atq; vis. O integro Fors invida
Puroq; scelerum Filio! qvàm præmia

Non-

Nòn-æqva generi dividis mortalium!
O propriâ mihi Nate vitâ charior
Future ſenii certa qvondàm debilis
Spes atq; fulcrum, ſi foret mortalium
Ex re! relinqvis ſicne me ſolam tua
Poſt fata? ſic à mutuis divellimur
Complexibus? Natorum acerbo in funere
Tuæ parentes indigi qvoties opis
Abiére voti compotes? Matris preces
Pro te Deo Domino atq; Nato ſupplices
Qvis (heu!) rogantis audiet? Infortunia
Tangentia meum corculum ac angentia
Cui qverar? Qvin potius in me ſtringite,
Innoxio polluere dextras ſanguine
Si mente inhæret firmitèr ſententia,
Ferrum! furoris impetus effundite
In me ilicèt, dùm fervet ac exæſtuat!
Vel chare, ſi propago prolis tantula eſt
Humana, mens & eſt moriri immobilis,
Ad amœna me vireta, lætos & locos
Duc Nate tecum! Te ſeqvar Cocytii
Per regna Regis. Licear intuerier
Te, clauſtra Tartari potente dexterâ
Ærata frangentem, atq; colla vinculis
Acherontici captiva ſtringentem Ducis.
Licear, negata ſi mihi ſunt cetera
Materculæ dextrâ madentem tergere
Sudore Victorem Stygis pulcerrimo.

Matth. 15. v. 28.
Matt. 9, 26
Luc. 7, 14.
Job. 11, 44.

Sed qvia tibi nòn fas ſub umbras ducere
Me, *ô Nate!* tecum; & ille noſtri pectoris
Fictor *Jehova & hoſpes* injuſſu vetat
Hinc nos ſuo migrare; victa (en!) porrigo
Herbam, aſperisq; cedo fatis, ut ſuat
Themidi ſatis, Patris rigori, patriis
Genusq; reddas ſedibus mortalium,
Vale ergò *chare* centies ter millies
Et æviternis vive *Nate* ſeculis.
Dixit, ter & cruci manus ſingultibus
Circumdedit, pleno ore & usq; ad millia
Trecenta baſiavit, & demùm *vale*
Inqvit, *Vale Fili ô vale chariſſime!*

Si Rex Iſraël, deſcendat de Cruce.

Matth. 27. 42.

Flagella ſi crucemq; qvis conſideret
Et ſputa cum flagitiis turpiſſima,
Summi Tonantis ſuſtulit qvæ Filius,
Mirum qvid eſſet, gratiâ ſi Flaminis
Ceſſante ſuperi, rebus hoſpes in ſacris
Ratio obſtupeſcat, improbeq; contumax
Obmurmuret? Nam vinciendas improbis
Præbere turmis militum & Calonibus
Palmas ahenis ſtuppeisq; vinculis;
Ab urnâ ad urnam Sontis inſtar Judicum
Trahi, Crucis mortem exſecrandæ perpeti

Si

Si fors qvis ausit; præter ille tormina
Longi doloris, integro qvæ corpore
Animæq; sustinet miser; convitia,
Illusiones hostium ac opprobria
Qvæ non feret? Mirabili sed sustulit
Hæc cuncta CHRISTUS sponte cum constantiâ
Mortem nefandam & maximè exsecrabilem
Post infimorum & maximorum opprobria.
Nec defuére tùm, deesse plusculi
Nec hoc videntur seculo, qvis scandalum
Non tenue CHRISTI peperit insons passio.
Hi verò secum si volutent pectore
Vitai ut alioqvi integellos, criminum
Purosq;, primas maximè *Calumnia*
Tenente, livor instar umbræ morsibus
Sit invidis seqvi suëtus, desinat
Nec antè, qvàm letaliter confecerit
(nam parvo, ubi nemo repugnans spiculum
Calumniæ profligat Innocentiæ
Telo, ipse stat triumphus & victoria)
Tantam esse vim Virtutis & potentiam
Minimè negabunt, ut nec unqvàm vir bonus
Haud dicier qveat beatus, invidæ
Ni sortis expostus fiet ludibriis.
Hæc ergò veniam si merentur simplici
In homine; Christo qvidni in ipso? qvem suo
Qvæ passus est, qvæ sustulitq; corpore,
Et sustulisse & esse passum novimus

Suâpte nòn culpâ, qvod exſors criminum
Et labis eſſet; ſic ſed immutabili
Poſcente decreto Patris, mortalium
Cœlo genus qvò redderetur patrio.
Hinc nempè *lector Chriſtiane* perſpicis
Funes, catenas, ſputa, ſannas, impio
Ructata ab ore verba, colaphos, & trabis
Supplicia diræ Chriſtianis ſcandalo
Non eſſe; ſed laudi, decoro, gloriæ.
Sæviſſimorum opprobria ergò Civium
Et militum ſuffuſa toxico mero
Si mente mecum ponderare collubet,
Gradum parumpèr ſiſte, temporis vora
Brevis moras, Uſus levabit maximus,
Exindè nobis qvi reſultat, tædia.
Verpi ergò (qvorum junxerat ſibi perpete
Fœdere Patres *Jehova* qvondam dextera
Niloticis ductos ab oris, prævia
Micante noctu nube, opaca ſed diu,
Per luſtra bis qvaterna qvis victum dedit
Cœlo pluente deſupèr panes, aqvas
Fundente petrâ limpidas, aurâ alites;
Tandemq; terram lactis in qvâ flumina
Et mellis ibant, ſorte dividens dedit
Ultrò labores impiorum carpere)
Fixiſſe nòn contenti erant Chriſtum trabi
Diræ innocentem; lingüæ tela invidæ
Ni in eum vibraſſent, præter & meantibus

Convi-

Convitiandi ansam dedissent insuper.
Hinc Flamines, primiq; Flaminum Duces,
Scribæ dolosi, Plebis ac Antistites
Reperisse se palmarium, qvia Principem
Vitæ necâssent, autumantes stipiti
Approximare, æthramq; plaustris criminum
Onerare, & hæc non evomebant in ream
Bigam latronum, in nullius sed conscium
Sibi sceleris Virum, virorum maxime
Innoxium, orbis qvos ocellus lumine
Adspexit, ac amore dignum perpete.
Hos plebs secuta sæpiùs miracula
Qvæ viderat, qvæ comprobarat, & Polo
In ipsius diffusa laudem æqvaverat,
Motare capita, exserere linguas, ringere
Ora atq; nares, excreare, sordido
Muco solum turpare: nec solùm solum
Sed & ora, ni distentus infami crucis
Manus pependisset pedesq; stipite
Turpâsse creduim; asperis ludibria
Acuere dictis, se Magistris improbis
Similes Alumnos gerere reprobos. Scilicet
Manare Regum in vulgus exemplum solet,
Radios perindè huic qvi meat per Cynthii
Umbra est comes, fugitq; rursum, nubibus
Cùm pressus hic densis latet: Sic lubricæ
Vulgus seqvi est Fortis suëtus lumina
Qvi, hæc nube si tegatur, ilicèt fugit.

Id planè & hìc ignobilis plebs factitat
Et mobilis, nilq; adeò ducit impium,
In gratiam qvod non admittat Principum.
Ora ergò sic tandem resolvunt: *Dædalum*
Ellum *magistrum, triduo quàm bellulè*
Delubra destruxit IEHOVÆ, *& triduo*
Erexit! Ha! si nunc habet quid Numinis,
Præstet, quod ore jactitavit improbè.
Dilectus (ha! crepat perindè) *maximo*
IOVÆ *crucis suffixus ut patibulo*
Hæret! opis huic queratur indigus, cui
Audacius confisus est, quàm tutius.
Fiduciâ securus usq; Numinis
Jam patrii descendat orno maximè
Et esse credemus IEHOVÆ *filium*
Spes ac in ipso firmitèr locabimus.
O cœca, stulta, insana turba Flaminum
Numqvid negas fieri potisse, ut putridà
Descendat orno, verbulo qvicqvid vides
Uno omne qvi creavit, & mortalium
Gentem reducturus Patri celso polo
Descendit? Hunc reris potisse vinculis
Te rettinere stuppeis aut æreis
Qvem maximi structura non capit poli?
Leo. Letalibus qvi namq; salvos fecerat
Complusculos morbis fugatis, carcere
Vitamq; solutis reddidit qvi corporis,
Augustin. Tumulo ipse membra qvi levavit saxeo

Mor-

Mortisq; Dominus atq; Vitæ, de trabe
Numqvid crucis magnum fuit descendere?
JESU benigne, qvis tuæ nòn nescius *Augustin.*
Potentiæ fors ex Alumnis adstitit
Suo & sonos nòn corde tales edidit:
O si crucis descenderet patibulo
Omnes & Empæctas, superba & aspera
Ore evomentes improbo convitia
Confunderet! Sed cogitata mentium *Esa.55,8.9.*
Nostratium, viæq; Diis mobiles
Immane qvantum discrepent. Namq; ætheris
Stellata qvantum tecta distant sedibus
Mundi: Viæ tantum Entheæ à nostratibus
Et cogitatis cogitata dissident.
Qvodsi fuisset mens ei descendere *Theophyl.*
Figenda non dedisset ultro vinculis
Membra æreis. Potentiam qvin distulit *Augustin.*
Ore docuit fidente qvi patientiam.
Non venit, ut se liberaret, & neci
Subduceret, neci haùd fuit qvi subdidus,
Sed servitute ut liberatis omnium
Tristissimâ sedes patritas redderet.
Fidem Angelis, Vigilum gregi atq; fœminis
Si non habetis, qvi sepulcro saxeo
Vidére surgentem; nec orno maximè
Si desiliret liber infami ilicèt
Vos corde duro crederetis præditi.
At tute, CHRISTO qvi dedisti nomina

Baptismi ad undas, mente mecum angustias
Merasq; stillans sanguinis cor guttulas
Perpende, pura puta qvas mendacia,
Calumniæ, convitia, ac opprobria
Innoxio elicuére Christo. Flaminum
Duces enim, Scribæ dolosi, mobilis
Antistites plebeculæ aures pervias
Ut redderent fartis probe mendaciis
Non destitére. Id militum audiens cohors,
Nec nòn latro, qvod esse vidit integrum
Patrum choro, licére jam sibi putat.
Et addidisse nòn sat est calumniis
Sannas, minaces atq; rhonchos asperis,
In verba dente sæviant ni livido.
Nam dicta dextrè interpretantur subdolè,
Divino honori detrahunt, miraculis
In eum feroces Entheis recalcitrant.
Potentiam Diam, in Patrem fiduciam
Verbis lacessunt atq; rodunt impiis.
Innoxium sensisse qvid JESUM putas,
Ignita dùm defixa sentit affatim
Pectusculi fibris in imis spicula
In se furentùm sævitèr tot hostium?
Flagella, pugnos, vincla, clavos, corporis
Luxata membra totius vix, & qvidem
Ne vix dolorum concitâsse tormina
Tot atq; tanta, qvàm qvidem convitia,
Monitore debacchatus est qvis Dæmone

Apel.

Apella, Miles, Flamen & Vulgi infima
Fæx futilis. Sic namq; damnum corpori
Soli intulissent, mox dedissent & neci.
Missò sed hoc *celsâ petitum nobilem*
Sede inquilinum, qvi superstes artubus
Lapsis erat, vel centies leto dare
Lento cupiscunt. Et licet nec agmina
Pura Angelorum cogitando id assеqvi
Unquam valescant, nedùm homullus lingüæ
Blæsus flagello attingere: satiùs tamen
Esse arbitor balbutiendo prodere
Infantiam, tacendo qvàm vecordiam.
At tu *Jehova sanctæ Flaminis superni*
Concede nobis gratiam, discamus ut Magistro
Hoc nôsse, sordes criminum nostras meruisse Nato
Tuo flagella, sputa, pugnos, vincula atq; clavos
Fideq; nobis applicemus firmiore parta
Beneficia ejus passione, nempè sic fruemur
Juncti choro cœlestium beatiore vitâ.

Latro convitians, & malè obiens.

Luc. 23.

Verè est *piorum mors bona, melior, optima.* *Div. Hieron. in vitâ Malchi Monachi fugitivi.*
Gratissimam *bona* ob qvietẽ, & omnium
Finem malorum; *melior* ob victoriam
Jam consecutam: ob transitum dein' *optimè*
Securitatis ad perfectæ hæredium

Perfectionis & securæ gaudium.
Mala impiorum morta pejor, pessima
Mala mundi in ipsâ amissione blanduli;
Sejunctione *pejor* in carnis malæ:
Tandem inq; vermis, nos sinu qvem proprio
Velamus ipsi, rosione, perpeti
Ignisq; torsione stygii pessima.
Nam diviti æqvè ac pauperi, impio ac pio
Via mortis est semél terenda; his, præmia
Ut clausulâ leti beatâ exordium
Sumant; at illis, ut malus sit exitus
Perampla perpetis doloris janua,
Non lacrymæ qvo finiantur, sed dolor
Pallor, timorq;, & mille genera mortium
Sibi triste demùm vendicent exordium.
Hæc impios expectat, ac hypocritas
Falsosq; fratres, Enq; pactas, nec diem
Proferre scriptum ulli licebit. Judicem
Citati ad urnam melleis non fallere
Vel verbulis qvibunt, nec amplis flectere
Donis, rationem cogitatis reddere
De singulis cogentur & dictis malis,
Meridiano qvæ patescent lumine
Tùm clariùs. Qvæsitor acer criminum
Vindexq; justus, qvem sonus nec verbuli
Fugit minuti, temerè plectrum linguæ
Qvod blatterat, meridianâ clarior
Cui luce nox est atra, te in lucem trahet,

Licet

Licet latebris obtegare musculi
Instar minuti, æqvansvé Atlanta maximum
Celsi atrium capite feriros ætheris.
Luesq; iniqvis facta dignis Dæmone
Tortore, nec non verme conscientiæ
Rosore sub thorace propriæ cavo.
Nec tum patronus causæ iniqvæ perfidus
Trepidante pro te qvi Reo respondeat
Videbitur, non legis allegatio
Aut Codicis te solverit, non Replica
Valebit, haùd Exceptio, nec Duplica.
Triste ingemisces, lacrymarum flumine
Ubere rigabis ora, planges pectora,
Tundesq; neqvicqvam, voluntas Judicis
Inflectiór cùm lacrymis stet nescia,
Monitis qvòd aures dederis haùd fidelibus
Ejus vacivas tùm, tibi in viventium
Cùm contubernio liceret vivere.
Hæ *latro* non perpendit ad lævam manum
Pendens IESU, perditè vixit, boni
Toto nihil vitæ peregit tempore,
Aliena bona ductus laboris tædio
Trifurcifer rapuit picatâ dexterâ,
Cædis tumens stultè improbis successibus
Vel mille non cautos molestiis bonos,
Superos parùm nihilve curans, læserat.
Major ferarum & cùm fiet concordia,
Leo leoni parcat, & lupis lupo,

Hu-

Humum hicce polluit cruore proximi.
Pœna ergo tandem debita infertur reo,
Dignum capeſſit & labore præmium.
Aſt tàm faventes nemo cùm nactus ſiet
Superos, potiſſit ut ſibi promittere
Vel craſtinum; calcanda ſed leti via
Sit omnibus; non nemo nobis & qveat
Eripere vitam, nemo mortem, milleq;
Cuivis ad hanc aditus pateſcant; ſingulis
Meditanda vitæ erat beata clauſula:
At hic ſuæ *latro* ſalutis nòn minùs (putum
Qvám mortis immemor, hominem purum
CHRISTUM æſtimare, dente ſcabro rodere
Tot indolis miracla Diæ, inceſſere
Convitiis: Deſcendat, inqviens, cruce
Servare morborum ſuëtus vinculis,
Et ſe ſuosq; libèret nos complices.
At nemo miretur, modum haùd qvi noverat
Inſontium maculare cæde dexteram,
Semel nec urnam cogitàrat Judicis
DEI tremendam, impunitate ſcilicet
Sceleratior ſubindè factus criminum,
Huic in ipsâ mortis horâ creſcere
Peccandi amorem, ſanctioris nec dare
Indicia vitæ, aut ſigna pœnitentiæ.
Ideoq; ſub vitæ labantis ultimum
Jam ſpiritum magni doloris tormina
Qvo mitiget, morſusvé conſcientiæ

Emol-

Emolliat, nòn dignus eſt ſolatio,
Nihil minus qvi cogitârat, ac piè
Qvi fata tandem clauderet noviſſima.
Immane verò qvàm cor ejus, pectoris
Clauſtro abditum ſubſultet, ora expalleant,
Manus crepent & brachia atq; poplites,
Fluctus perindè illiſi in alto littore,
Mortis metu, qvam conſpicatur unguibus
Uncis ſibi jam approximare, nec tamen
Qvicqvam ſolitâ remittit à vecordiâ,
Sed torta ſic reſolvit ora tetricus
Fruſtrâ, inqviens: ſummi JEHOVÆ Filium
Te jactitas, miracla idem nì eas novo
Mox comprobatum. Nam parùm qvis ſobriæ
Mentis adeò Natum Jehovæ creduit
Sufferre ſufferenda ſàltim furibus
Et improbis latronibus? miraculo
Nì comprobes, lignoq; deſcendens crucis
Te paritèr & nos mortis è diſcrimine
Exemeris; te qvem crepuiſti ſæpiùs,
Alii cui vis, nòn item perſuaſeris
Mihi ilicet! Ructavit impio impius
Hæc ore *latro*, de ſalute corporis
Solicitus, in cymbâ alterum qvi fixerat
Pedem Charontis, atq; portas luridi
Pulſabat orci, nil parumvé debiles
Curans manus, pedesq; claudos tetrico
Tumore fœdos, vita dùm ſuperſiet.

Una

Una ergò erat cui voluptas, dum fuit
Benè pedibus, lateri, atq; ventri, tramite
Recto relicto tortuosa subseqvi
Contagiosi tesqva cœtus, improbæ
Vitæ, fuit qvæ tota crimen, jam parem
Finem capessit, & rapinæ furtaq;
Cædesq; crebræ vincla fabricant ei
Ahena, ahenas compedes, patibulum.
Sed exitus vitâi abominabilis,
Probrosus, infamis, cruentus, horridus
Veniam facùl mereri ocellis in DEI
Poterat, ab imo corde si suspiriis
Ductis, pii monita secutus complicis,
Natum DEI veniam rogâsset criminum;
Neqvam sed hujus omnium neqvissimi
Pietate vacuum omni est cerebrum, viscera
Nec molliuntur, ut scelestè, immanitèr
Et impiò vitam peractam lacrymis
Defleret ortis; tùm stupendis, ipsemet
Qvæ viderat, qvæq; auribus captaverat
Finita nec dum, crederet miraculis:
Qvin pergit, & cui juventæ flosculos
Viridis, bonorum prodigus cœlestium
Sacraverat, nec turpe vitæ clausulam
Jam ducit atro consecrare Dæmoni.
O Christe certa te colentium salus
Pernox vides stygii patére & perdius
Fauces Tyranni, à tergo & illum nos seqvi,

Pla-

Plagasq; tendere ſubdolas, qvîs ſubdolus
Structor ſtropharum nòn catos irretiat,
Caſſes perindè innoxio auceps inſtruit
Generi avium: Cocytii tyrannidem
Fræna potenter Aucupis, Cœleſtium
Ut Alitum cuſtodiâ ſalvi, horridi
Caſſes doloſos indies improvidis
Qvos inſtrùit, vitemus Aucupis, Poli
Olimq; tecum perfruamur gaudiis.

Hodie mecum eris in Paradiſo.

Luc. 23, 43.

III. Verbum.

Joſephus ille, *caſtitatis* unicum
Decus, procacis fœminæ ob libidinem
Thamnæ eligens intaminato corpore
Millies mori, qvàm taminato vivere,
Inter duos Regis miniſtros ſqvalidæ
Perpeſſus eſt fauces latumiæ graves,
Qvorum ſolutus alter arctâ compede
Oenophorus ille & vinculis mox priſtinæ
Eſt dignitati redditus, carchèſia
Offerret ut Regi mero ſpumantia;
Artocopus alter carceris cœco è ſpecu
Extractus in patibulo furti luit
Pœnas. IESUS ſanctitatis unicum
Exemplar, ipſa ſanctitas & caſtitas,

Malè

Malè nemini qvi fecit, omnibus benè,
In carcere crucis fixus hæret impiis
Latronibus par æstimatus, è qvibus
Phlegethontiis alter fit esca milviis,
Panis sed alter in boni mensâ DEI.
Hic à pedum plantâ capitis ad verticem
Totus malus vitæ periodo nil boni
Patraverat, nil ac in ipso liberum
Insonsq; ni cor, fidus atq; linguâ
Interpres ejus manserat, sed Flaminis
Animatus æstu consecrat totum DEO
Sibi liberum qvod mansit, Hicce Pancalus
Suo, inqviens, condigna fecit nomine,
Non læsit ullum, membra claudis reddidit
Integra, visum cœculis, vitam Sitis:
Sed cæde nos, nos proximi vetitâ manus
Ducti laboris tædio temeravimus,
In ipsius manu involavimus bona
Annis abinde primulis laudabile
Nil egimus. Qvod ergò pœnæ infligitur,
Ut impiis infligitur latronibus.
Hanc, *ó Jehova!* haud deprecor, saltim precor
Tui cruoris guttulâ me perlue,
Et incliti Civem beatum fac Poli.
Hæc pauca *latro*, temporis qvæ perbrevi
Meruére puncto, ut absolutus criminum
A labe sedes ad beatas undecim
Regni æviterni Apostolos præverteret.

Nam

Nam pœninentiam JEHOVA haùd tetricus,
Modò offeratur corde puro & simplici,
Non temnit. Ad summam licet qvis venerit
Metam malorum, si exuens cor hosticum
Verum in Deum mentem benignam sumpserit,
Virtutis & se ad orbitam receperit,
Hunc denuò favore sveto amplectitur.
Et sera, si sit vera pœnitentia,
Nòn sera ocellis æstimatur in DEI.
O te ergò *latronem* beatum tèr qvatèr,
Summi *Jehovæ* respicit qvem *Filius*
Vultu benigno, luridæq; sedibus
Rapto stygis spondet Poli palatia!
Nova flamma cor illuminavit qvæ tuum?
Nupèr gehennæ destinatus luridæ
Eras: in aulâ nunc ovas Civis poli.
Modò cras latronum Dux & improbi gregis:
Sed jam DEI inter filios sortem tenes.
Nupèr per omne fas ruebas ac nefas:
Omni vacat jam labe vita & crimine.
Orci insidebas faucibus nupèr nigri:
Jam gaudiis celsi poli fruisceris.
Domum tibi spelunca nupèr præbuit:
Jam te invius captat Paradisus impiis.
Est miris & clemens IESUS, neminem
Peccata serò, at seriò fassum abjicit.
Huc ocyùs torqvete ocellos, criminum
Immensa moles qvos premit, JESUS lubens

Noxæ notas priſcæ tractas parentibus
Qvis ſæpè Numen provocâſtis ipſius,
Vobis remittit atq; molem criminum.

Ité modò qvotqvot criminum
Pandos malorum ſarcina
Effecit! ite, dùm aureum
Tempus ſinit, palatiis
Converſa cœli pectora
Purgate pravis ſordibus.

Luminis Solaris nova & inſolita obſcuratio.

Matth. 27, 45.

Mortem Oecodeſpotâ oppetente concavæ
Plangoribus complentur ædes, lumine
Caſſum dolet Conjux vitali Conjugem
Gemitu atq; planctu turba fida deficit
Famulantium, aures qvò locorum dirigas,
Cuncta audias lugere, raucis qveſtubus
Lugentium boare & ipſos parietes.
Tandem perire pro miſello plaſmate,
Fuere qvod propter creata, ſpiritum
Pſal. 8, 6. Qvæcunq; ducunt, cuiq parent beſtiæ,
Piſcis natatu qvi pererrat æqvora
Ales volatu qviq; tranat aëra,
Cùm ſtaret ipſi Plaſtæ, mundi machina
Edit dolorem, totius luget Poli

Famu-

Famulatio. Sol tegitur atq; Cynthia
Candente pro fulgore furvis palliis.
Namq; medium alti orbem aureus conscenderat
Cynthius Olympi, dùm caput velamine
Furvo occulit, cunctis & usum luminis
Per integrum negat homulis trihorium.
Diana nec, perinde noctu, sidera
Nec ulla cœlo, ut antè, spargebant jubar
Candens; suum dum lumen orbi subtrahit,
Qvo trina mundi clarius nil machina
Vidit, qvoad stetit, nihilq; pulcrius.
Mirumnè sed mundo negare triplici
Phœbum nitorem, Cynthiam, atq; sidera,
Cùm verus Orbi Sol IESUS occidat.
O Christe Sol Dices coruscè fulgidam
Lucem exhibens in umbrâ palpitantibus; *Esa. 9, 2.*
Lucére fac verbi lucernam cœlici
Vivam mihi, fòrs ne in tenebris lubricæ
Vitæ orbitâ à legis sacratæ deviem,
Sed corde puro semper illi inhæream.
Et ore anhelo qvando ducto spiritum
Orciq; portas luctor ante luridas,
Tùm *bristè, Sol dices coruscè*, qvæsito
Celsi ad poli mihi luceas palatia
Per luctuosas horridæ valles necis.

IV. Verbum.

Deus meus! Deus meus! quare me dereliquisti?

Marci 15, 34.

Ferrugine atrâ conditum ut suum mundo
Sol reddidit vultum, diuq; velatam
Diem reduxit, derelictus â cunctis
Mortalibus, coroq; Cœlitum IESUS
Charum fatigat maximâ *Patrem* voce:
PATER recessit *chare* qvò tibi, clamans,
Cura unici *Nati?* aridis potesne oclis
Natum tot intuerier malis septum?
Numen Patris sed qvid lacesso neqvicqvam?
Fiat satis justo *Patris* rigori! ast hos
Magnâ dolores pauculos feram mente
Hominum ut genus Plutonio eximam regno.
O *Christe* mitis & benigne! qvid tantis
Tibi redduim pro tædiis, gravi mente
Qvæ sustines? Non, si pati neces centum
Detur, tamen grates referre vix possim
Dignas satis. Sed, qvæso, qvid tibi tandem
Qvid, qvæso, reddam? Sancta vota nil præter
Pectusculo ductasq; lacrymas trito.

V. Ver-

V. Verbum.

Sitio.

Johan. 19. 28.

Relictus à mortalium choro JESUS
Trunco arboris distentus hæsit infandæ,
Nec limine abfuit necis procùl diræ,
Mortalium quàm, dixit, *ardeo gentem!*
Quantâ siti illius laboro salvandæ!
Quinam latex restinguet (heu!) sitim tantam?
Hæc audiit vix miles improbus, potum
Felle attulit tinctum mero, atq; sic cordi
Acerbo acerbus convenit probè potus.
Jesu, agne Patris innocens tui, cujus *Esa. 53. 7.*
In ore nòn dolus repertus est ullus *Id. 53. 9.*
Fœdam mihi remitte criminum molem,
Torpens tibi qvæ felle miscuit poclum.
Vetitæ arboris malum videlicèt dirum. *Gen. 3. 6.*
Addixerat nos Dæmonis nigri regnis
Igni levare lurido sitim dignos: *Ps. 11. 6.*
Tu poculis absinthio & mero tinctis
Felle ora proluis, suäve qvo celsi
Bibamus in poli palatio Nectar.
Amarus à mundo improbo Scyphus qvodsi
Mihi misceatur; mente, da, qveam forti
Perferre casus qvoslibet, malum propter
Leviusculum ne Veritatis à calle
Cocytii præceps in antra agar Regis.

VI. Verbum.

Consummatum est.

Joh. 19. 30.

UT felle JESUS depulit famem, rugis
Et labra ob exantlata tormina inferni
Arata potu felle proluit mixto
Tandem hoscè maximâ edidit sonos voce:
Transacta jam sunt cuncta quæ Pole-propter
Delapsus artus indui PATRIS jussu.
Impleta lex, destructus Orcus. Orci REX
Vinctus catenis, stratus orbis, æterna
Salus reperta, Pax quæ cum DEO facta,
Polus reclusus gaudium Poli partum.
Omnes dehinc homines ovate, nam vobis
JESU duello æterna vita mirando
Est parta, terminanda seculis nullis.

Bernhardus in Persona Christi.

Meffret b. serm. super Evang. Dominic. Quinquagesimæ.

ORem novam, mirabilem & fidem supra
Et nemini auditam, qvoad stetit mundus!
Homullus es, formatus ex luto rufo,
Ornasq; texto floribus comam serto:
Ego Conditor Poli, Soli, Sali, plexum
Ex asperis diadema vepribus gesto.
Manum ambiunt utramq; dactylo-thecæ:
Mihi dextra clavis perforatur & læva.
Tu byssinâ velatus exilis pallâ:

Gan-

Gannitu Apella me improbo lacessivit
Herodis intra tecta purpurâ indutum.
Pede tu petulco plaudis & qvatis terram:
Ego pede iræ torculum premo Diæ.
Crucis in modum ductans choros manus pandis
In gaudium: sed brachia in trabe informi
In dedec⁹ summum tetendi ego & probrum.
Asper sitis fauces mi adurit horrendum,
Nec est petenti qvi det haustulum lymphæ:
Multis culullis tu optimum merum sumis
Per sæpe ad usq; insaniam feram & cœcam.
Sine voce membra per omnia errat immensus
Dolor mihi in feralis arboris ligno:
Tu sæpè pejerando per crucem sanctam,
Sanctumq; sanguinem atq; tormina infanda
Me denuò figis cruci & neci dedis.
Hæc cuncta sed propter caveto desperes,
Et, dùm licet, mentem revertere ad sanam,
Veniamq; saltim posce criminum, ductis
Suspiriis e scrinio abdito cordis
Vereq; te patrio favore dignabor.

VII. Verbum.

Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. 46.

Auras hiante JESVS ore ductabat
Novissimas. En! *spiritum, PATER, dextræ*
Dixit, *jubens trado tuæ*, atq; sic tandem

In pectus inclinans caput citâ morte
Lucem reliqvit, & meavit ad patrem.
O mi DEUS, Pater benigne, devoti
E scrinio pectusculi tibi ductas
Persolvo grates, unicum tuum Natum
Qvod integrum vitæ atq; criminis purum
Delicta propter nostra mortis infamis
Genus subire passus es; tuum palmis
Ad astra junctis posco Numen, exaudi
Preces meas, remitte criminum molem,
Mentis dolores atq; corporis leni
Flatus sacri solatio, dolos vafri
Vafros retunde Dæmonis; cruci tandem
Sorti siniſtræ, faucibusq; surreptum
Leti, Stygis, nigriq; Dæmonis transfer
E luctuosâ valle fluxilis vitæ
Ad destinata singulis piis regna.

Miracula CHRISTO moriente facta.

Hieron. Moriente *Vitâ* omnis gemit Creatura
Sol obtegens vultum nigro caput peplo
Mundo ampliùs munus negat suum. Mota
Tellus tremore plangit, atq; testatur
Luctum boatu. Cum fragore finduntur
Petræ. Duas ruptum secatur in partes
Sanctuarii velum. Sepulcra vi diâ
Adaperta sanctos reddidére defunctos.

Solis

Solus homulus nòn luget has vices *Christi*.
Pro qvo dolores ipse sustinet tantos.

Velum templi scissum.

Matth. 27, 51.

Animam beatâ clausulâ Patri JESUS
Vix reddidit clamore ad astra sublato,
Velamen, ecce! serico optimo textum
Loci sacratioris in DEO cœli
Templo dicato, qvem annuo semèl *summus* *Heb 9, 7.*
Spacio endogressus *pontifex DEI flexit*
Iram, suo pro crimine & rudis vulgi
Cæsæ cruore victimæ, in duas partes
Orâ à supremâ ad infimam usq; vi magnâ
Discinditur. Septumq; sustulit *Judæ*
Japheto & inter consitos, probans verum,
Noah sacer qvod seculis retrò multis *Gen. 9, 27.*
Prædixerat: qvondam satos Iapheto
Dominl futuros incolas pii Semi.
Dehinc Poli latè omnibus patet porta,
Qvam Ditis haùd minis, rigore nec Legis
Obstante, nec damnante criminum mole
Nec hostibus crucis tuæ ingredi possum
Interritus, cruore cùm poli limen
Non bestiæ, sed sanguine illitum, *ô Jesu,* *Heb. 9, 12.*
Corpusculi manante stigmatis sancti
Cum singulis mihi pervium piis reddas.

Terræ-Motus.

Matth. 27. 52.

Póst in locis abstrusioribus terræ
Cum nigrâ Iesus Dæmonum acriter tur-
Concurrit, & tellus fragore concussa (mâ
Omnis remugit. Namq; viribus Dæmon
Impar Giganti stirpe duplici claro,
Non cominùs concurrere ausus hosti, orci
Se condidit recessibus cavi, & turpi
Pudore tactus sese ab hoste, qvem purum
Hominem æstimârat, vincier, malo tanto
Qværens levamen templa triplicis mundi
Concussit, æther ut tremisceret totus,
Motâ Poli compage & allaborarent.
Sic ordo sed poposcit, ut Stygiâ Ægypto
Captâ, rogis prædâ cremandâ & æternis
Psl. 114. 4. Feliciter partâ intremisceret terra,
Montes & omnes gaudio triumpharent
Hædi velut, petulca turba, nôn sveto.

Petræ scissæ.

Matth. 27. 52.

Ilex ut acta rumpitur in duas partes
Durâ bipenni cum fragore non parvo;
Et ut juga alta montium secat fulmen
Elisum Olympo nôn metum citra celso:
Sic saxa nullâ vi vel ignis aut ferri

Do-

Domanda magno cum fragore ſcinduntur,
In orbe cùm Dominus medio necem rerum
Pro ſontibus ſervis ſubiret, heu! diram.
O dura Apellæ corda, cotibus duris
Prognata caucaſi! reperta ſunt ſaxa,
Qvæ conditoris optimi necem dignis
Pie dolerent planctibus, dolor juſtus
Nè condolenti perditas vices JESU
Mortalium pulcerrimo omnium deeſſet. Pſ. 45, 2.

Sepulcra aperta.

Matth. 27, 52.

Concuſſa rimas terra non ſuëto agit
Tremore, dehiſcunt ſepulcra, dein Patres,
Qvi fata qvondam clauſerant verâ fide,
Vitam receptant, fracta ſævæ ſpicula
Mortis repente concidunt, crudelibus
Qvæ tetra gentem terſit auſis in piam.
Mirumné ſed, redire vitam mortuis,
Viciſſim in artus & migrare marcidos
Animas, trucis cùm ſpicla Mortis fregerit
Homo-Divus, Heros dupliciſ ſubſtantiæ
O *Chriſte*, cùm vox læta rauco perſtrepet
Clangore buccinæ, atq; buſtis mortuos
Ciebit; euge jam oſſa tandem marcida
Ambite carnes! turgeant venæ rubro
Cruore! ſedes occupate nobili
Animæ triumpho priſtinas! juſti citis

Ad

Ad Judicis thronum ite Christi gressibus!
Da, compedes aheneæ, vinctum qvibus
Me Mors tenet, fragore rupta decidant,
Ut cum Prophetis, cumq; sanctis omnibus
Ad finiendam seculis nullis meem
Vitam atq; gaudium in poli palatiis.

Centurio Conversus,

Luc. 23. 47. 48. 49.

Præfectus ille militum globi, JESU
Oraculorum nescius verendorum
Qvem probra, pugni, sputa, sannæ, acetũ, fel,
Corona spinis texta, lorum, arundo, crux
Nòn moverant; ferrugine ut videt tristi
Rutilum caput velare Cynthium; & vela
Discissa templi, saxa fissa, humatorum
Aperta busta testimonium JESU
Actæ esse vitæ purè & absq; labe omni;
Turbatus (ecce!) constitit, metu & lingua
Retenta torpuit. Sed ut via est voci
Laxata, pugnis acriter suum pectus
Percussit, exorsusq; sic loqvi est tandem
Adstantibus, qvis cura mortui JESU
Injuncta erat: *quousq;*, qvæso, *suspensi*
Tenemini? miracula hunccce declarant
Pium hunc fuisse & Filium DEI verum.
Eamus, & votis piis poli Regem

Place-

Placemus, & fassi dolos iter ducens
Ad astra sectemur! DEUS bonus nostrâ
Prece ductus in nos exuet cor hostile.
Horrenda criminum fac exulet moles
Secretiori, *ô Christe!* pectoris sede.
Si qvæ tamen commisero inscius, Flatu
Cor tange, ferió ut defleam, atq; sic tandem
Mortis cruentæ particeps tuæ fiam.

Lancea.

Johan. 19. 34.

Vix lanceâ scrutatus improbâ est miles
Latus, suâvi profluunt aqva & sanguis
Stridore, mirum numqvid, indè manare
Largos liqvores, unde originem sumunt
Nos erga amoris Enthei fluenta omnes?
O *Christe* mitis, è latusculo cujus
Strictâ forato lanceâ affatim fluxit
Aqvæ scatebra vividæ, & cavæ sancti
Venæ cruoris, undè criminum sordes
Ritè expiantur, & reatus aufertur;
Da, sanguinis lymphæq; transeant vires
Ad cordis usq; scrinium, ostium illius
Et oblinant, ne gentis hostis humanæ
Me perduit, sed obstupescat obtutu,
Remeetq; victus ad barathra Cocyti.
Qvin & tuum, qvovis acutius telo

Exod. 12. v. 13.

Ferro-

Ferróve, Verbum fauciet cor, ut verus
Erga te amor meumq; proximum lymphæ
Et sanguinis loco effluat, pie ô JESU!

Invectio adversus Mortem.

Chrysost. Animalibus velut tabanus exæqvo
Cunctis molestus, qvando spiculũ in pe-
Defigit, incursu suo haùd eam lædit (tram
Ut plurimùm sibi sed officit, vitæ
Cum proprio perditq; spiculum damno:
Mors atra nòn secùs suâ arte decepta est.
Dum namq; *Vitam* incurrit impetu summo
Qvæ Christus est, & spiculum in pedum plan-
Defixit, ecce! maximum sibi damnum (tis
Ipsa intulit, mortaliumq; terrorem
Qvondam omnium lædendo perdidit spiclũ
Adeò ut prius qvorum impulit metu magno
Vel nuda Mortis cogitatio corda,
Dehinc optimo insultare ei qveant jure:
Ose. 13. 14. Fatére sodes nunc ubi fiet spiculum
O mors tuum letale? nigre dic, qvæso,
O orce, ubi victoria sit tua, sveviſti
Qvam prædicare tot modis? tuis sæva
In posterum confide spiculis Morta.
1. Cor. 15. v. 55. CHRISTUS *duello Vi-* fortiter temer
Absorpsit, ac victoriam attulit nobis,
Grates cui par est referre, tùm Patri,
Et Flamini per secla cuncta sacrato.

Dialo-

Dialogismus hominis peccatoris & CHRISTI.

Qvis ille, qvis, qvem veste cinctum coccinâ — *Pec.*
Prodire ab Edom conspicor? velamine — *Esa. 63, 1.*
Qvis, qvi superbus regio, nôn exterâ
Sed propriâ virtute clarus, robore
Fisusq; Dio sese agit Bosrǿâ gradu
Lento? *Chr.* Ipse ego sum, imo recessu pectoris
Satus paterni ipsam orbis ante infantiam;
Verum salutis tramitem mortalibus
Ad astra monstrans; seculis oracula
Peritura nullis explicans; Cocytii
Inflicta latronis dolo letalia — *Luc. 10, 34.*
Vino levans oleoq; solus vulnera.
Qvæso ergò te, *Fili Patris ter maximi,* — *P.*
Tua unde traxerit colorem coccinum
Chlamys, edoce; Tyriove pallam murice
Qvis tinxerit, qvalem suëvit pingere
Liqvore dives musteo vindemia?
Advorte mentem, edisseram. Pede fortiter — *C.*
Uvas premit velut Trygeter turgidas,
Eliciat ut dulcis Lyæi flumina:
Haùd secùs ego collum Draconis Entheo
Pede contero Cocytii, ac adamantina
Disrumpo mortis æviternæ vincula,
Nemoq; dextrâ me levavit gentium.
Contrivi eos Diâ subactos dexterâ

Justo

Justo furoris actus æstu, & Enthea
Cruore fuso parta mi victoria.
Roseæ en tibi, qvam gesto, causam Sindonis
Cruore vestis atq; pictai mero.
Tandem volutus sorte diâ flebilis
Dies adest, ab hostico stat sanguine
Supplicia meritis digna tantis sumere,
Faxo luant ausa impia ac immania.
Accessit hora proximè, suspiriis
Olim Patrum desiderata millibus
Ab orbis indè conditi primordiis.
Gentis ruinas animus est mortalium
Sarcire, cœlum perditumq; reddere.

P. Manuum hæ tibi sed unde plagæ & stigmata?
C. *Zach.* Sic me propinqvis & sodalibus fuit
13.v.6 Tractare visum, mecum erant communia
Qvis tecta, fidebam qvibusq; maximè,
Dum corda qvovis duriores marmore
Scopulové, fluctibus sali qvi tunditur
In me impiè & ferociter recalcitrant.

P. Viventium sed cùm cluas justissimus
Augustin. Et mortuorum, *ô Christe!* judex præmia
Dan.7.14 Tùm danda, cùm Dices verendæ singulis
Justis & injustis erunt, ævo Pater
Multo obsitus dùm regni habenas flectere
Dabit æviternas pariter Orbis & Poli,
Ps.22,16. Qvod, qvæso te, qvod qvæso patrâsti scelus,
Canum qvod instar sæviter furentium

Hâc

Hâc te urgeat latratu, at illàc dentibus
Turbæ petat maligna conſpiratio?
Tot vulnerum qvæ cauſa? cauſa ſtigmatum
Qvænam pedum, manuumq; ? cauſa qvæ necis
Adeo nefandæ & execrandæ? qvæ tuæ
Damnationis anſa qvævé occaſio?
Vixi qvoad, nocére ſtudui nemini, C.
Benè omnibus, ceu Fons bonorum, acerrimus
Hoſtis malorum factitavi; dexterâ
Hâc atq; dio depuli verbo graves
Morbos; ademptam *Vita* vitam reddidi
Demortuis; Omni ſolutus crimine
Vitæ integer, cœlo ſatus verba Enthea
Deoq; digna protuli. Qvis dogmatis *Joh. 8, 46.*
Verbo qveat noſtris vel auſit unico
Obſiſtere? *his* fraudes ſubeſſe ſubdolas *Eſa. 63, 9.*
Procaciter qvis dixerit? Cuſtodia
Legum Dicesq; diligens, opprobrii
Lingva omnis atq; fraudis expers à globi *Heb. 7, 26.*
Contagione ſegregatio impii
Vitam arguunt innoxiam atq; ſimplicem.
Immunis ergò vita labis cùm ſiet, P.
Nullàq; culpâ palleas, *mitiſſime*
JESU! qvid eſt, poſt tanta qvòd ludibria,
Flagella, ſannas, ſputa, colaphos, pectore
Forti crucis diræ dolores ſuſtines?
Homulle tu miſelle, propter criminum C.
Sordes, Patrem qvis læſeras, peculium

Cocytii Regis cluebas, jugiter
Focis rapina comburenda aheneis;
Chrysost. Sed ego, Patri coævus ac homousios
Ante æviterna existerem cum secula
Tui misertus, qvæ mea est clementia
Et lenitas, servile corpus indui
In ventre matris, debitæ nulli viro.
Bruta inter ipsa in horridâ culmis casâ
Agrestibus vili involutus linteo
Miserum dedi mortalibus spectaculum.
Erroribus Memphiticum vagis solum
Puer adii nec dum biennis, omnium
Rerum indigus, carensq; tecto proprio
Fragilis dies vitæ peregi cœteros.
Vitæq; tandem longa post fastidia
Immensa te propter dolorum tormina
Genus adeoq; mortis atrocissimum
Crucem voravi, ut te Tyranni adamantino
Phlegethontii jugo solutum cœlicæ
Vitæ bearem gaudiis. P. *Mitissimum*
O ergò JESU, *mustcum, suavissimum,*
Dulcissimum, charissimumq; corculum,
Mortalium cui nemo cretus semine
Raro incliti favoris, indulgentiæ,
Clementiæ dono audeat contendere;
Qvid sputa, sannæ, qvid catenæ, verbera,
Qvid passio, qvid sanguinis profusio
Promerita sunt? ad me qvid indè commodi?

Qvi

Qvi fructus indè, qvid ſpei, ſolatii?
Solus ego tetras criminum ſordes meis C. Eſa. 53, 4.
Cervicibus tuli repoſtas, & tibi
Nepotibusq; bajulandas ſingulis;
Sed (heu nefas!) vos à Deo cæſum Patre
Me repputâſtis, atq; pœnas vindices
Luiſſe delicto pares. Verùm abſona
Hæc qvàm ſient vero, docebo pauculis.
Tranqvilla vobis pax ut eſſet cum DEO
Diſſolveret qvam nulla ſecli ſcævitas,
Davus nec ipſe ater, malignus & vafer
Poſt ſcommatum tot plauſtra, ſannas, plurimis
Plagis hiat, qvas ſummus erga vos amor
Me ſuſtinere compulit, corpuſculum.
Incedo planè ſub furoris ſarcinâ
Pandus paterni, innoxius pœnas dedi
Pro ſontibus, Cocytioq; vulnera
Inflicta vobis à latrone, ſanguine
Sanctiſſimis manante levi ſtigmatis.
Amore noſtri qvisqvis ergò tangeris
Et gratiâ, citis adeſto greſſibus!
Nil te moretur aut retardet! Numinis
Patrii furor placatus eſt. Cluo tuus Joh. 15, 14.
Ex hoſte amicus atq; frater, vividum Joh. 20, 17.
Membrum mei dehinc eris corpuſculi Eph. 5, 30.
Patriæ cohæres atq; Princeps regiæ. Rom. 8, 17.
Tibi ergò cauſa cùm ſiem, mitiſſime P.
JESU, cruentæ mortis atq; ſtigmatum

Livorq; passionis, & tot vulnerum,
Qvâ lingüâ, qvove ore, qvové pectore
Dignas tibi grates studebo solvere?
Bernh. Seu namq; vires ingenioli examino,
Seu rimor intimos recessus corculi,
Tuis amœbas repperire nòn pares
Qvò meritis, mea namq; qvamvis Chremata,
Et omne, qvicqvid sum, tibi me traderem,
Instar tamen lapilluli foret, jugis
Cum montium qvem conferas altissimis.
Qvid faxo? gratus mavolo viderier.
Grates referre sed vetat penuria.
En interim tibi *unciarum nobile*
Par offero *minutularum*, proprio
Tibi antea qvas jure vendicas: *tuum*
1. Cor. 6. Non lutei crasso metalli pondere
v. 20. Nec candidi, sed repparatum sanguine
2. Pet. 1, 19. Corpusculi sancto tui *peculium*.
Ecqvas at illas? *Corporis latumiam,*
Animulam & ejus inquilinum nobilem.
Tuo has favore fretus ipsas denuò
Tibi corde reddo simplici, nec respues
Tuæ *Faber* dextræ benignus *fabricam*.
Ps. 51, 17. Tu pange saltim lingüæ viam meæ,
Venam expedito da fluentem gutture,
Rerum indigus sic cœterarum (nec sacra
Tibi ulla cordi sunt magis,) præconia
Voti usq; damnatus tibi, pectusculo

Dedu-

Deducta blæso, atq; ore grato concinam,
Qvoadusq; desmoterio corpusculi
Hujus solutus, celitum & junctus choro
Sonantibus te svavè psalmis efferam.

CRUX

In quâ pependit eximium illud & pranitidum cœli & terræ DECUS.

Nec vero operclo *stipitem* silentii
Par tegere *Crucis*, in qvo pependit inclitum
Terræ DECUS, nitidusq; *cœli phosphorus*,
HOMO-DIVUS ille, nemo cui mortalium
Sanguine satus conferre se formæ audeat
Præstantiâ, diffusa ab ore gratia
Cui rotundo profluebat eloqvI.
Hic Stipes Ara est illa, qvâ nòn victima
Taurus *Jehovæ* offertur, agnus nec tener,
Nec vacca, putidus nec hircus; *Innocens*
Sed AGNUS ille, omni solutus crimine
Sanctæ qvidem non *Urbis* intra mœnia
Delubra vel Jovæ sacrata maximo,
Ne fors Nepotes Isaci concernere
Ejusce fructum ad se putarent unicè;
Muros sed extra semetipsum *victimam*
Ultrò obtulit CHRISTUS Patri, mortalium

Ut qvotqvot unqvam condito indè à seculo
Vixêre, vivunt, qvotqj vivent, ultima
Donec dies componet Orbis tempora,
Gentem expiaret, atqj subtractæ nigri
Pœnis averni pulcra tandem redderet
Poli theatra. Huc, mole qvotqvot criminum
Estis gravati, approximate, mitior
Factus sui jam morte JOVA FILII
Præstabit à vi Dæmonis vos liberos.
Et Ara veræ hic stipes est Victoriæ
Dium & trophæum, sospites Cocytii
Qvod nos tuetur hostis ab insultibus,
Dùm dexterâ prostravit hostes Entheâ
Salutis *Autor* æviternæ *Filius*
DEI, sua & vexilla cunctis naviter
Modicùm secutis spolia vitæ dividit,
Vitæ nec ullis finiendæ seculis.
Timor ergò nos si qvandò turbat hosticus
Technis maligni Spiritus; tùm fortiter
Solerter & fidenter hoc vexillulum
Rotemus, hosti & obviemus, Entheâ
Freti DEUS qvod protegat nos dexterâ.
Hic *stipes* est *Acinaces* & fulgida
Machæra qvâ *Heros* noster invictus femur
Præcinctus iram haùd temperans clementiâ
Süetâ, in hostem pectus adversum tulit
Domitumqj tandem egit triumpho nobili.
Hinc *nostra* CHRISTI CRUX cluit *victoria*

Noster

Nostræ triumphus ejus est PATIBULUM
Munimen Orcis adversus atrum Principem,
Lorica pectus protegens, *Galea* caput
Communiens, *Clypeus* maligna & ignea
Spicula repellens, tetricas *Mucro* minas
Et damna Dæmonis piorum ab ædibus
Procùl abigens. Hoc Christianæ fulgido
Mucrone præcincti crucis viriliter
Orci Tyranno nos feramus obviam
Ejusq; cum bono DEO, tyrannidis
Osore, profligabimus tyrannidem.

Pedibus hic est firmissimum *stipes* pedum
Fulcrumq; nostris, dùm, licet nos septies
Diu cadentes fraude delusos vafri
DAVI erigit; Scyllam inter & mundi improbi
Tùm constitutos & Charybdin lubricos
Gressus regit; tandemq; permeantibus
Vallem horridæ mortis diu voragine
Immani hiantem longa post fastidia
Monstrat viam, voratis ut periculis.
Domitisq; monstris ad qvietum gaudii
Portum qveamus æviterni appellere
Hujus etenim eluctarier secli salum
Nemo valet, CHRISTI crucem viriliter
Ni bajulando ejus premat vestigia.

Vitæ liquorem stipes hic dat vividum,
Ex Vite CHRISTO torculum qvem patriæ
Extorsit iræ, vividâ pendentibus

A Vite botris. Huc anhela gratiæ
Diæ sitis qvos urit intùs & coqvit,
Adeste, adeste! Alexipharmacum liqvor
Est hicce, nos erroris omni liberans
A cœcitate, luci opacós denuò
Demptos tenebris inferens, tùm languidos
Reddens qvieti, segregatos à DEO
Nostrâpte culpâ conjugans, & proximos
Faciens ei olim constitutos longiùs.
Patriæ adferens Cives beatæ, dirimens
Dissensiones, pacis & fundamina
Firmans, abundè dona cuncta largiens.
Est *stipes hic candela* cunctis lucida
Lethæâ in umbrâ Mortis incedentibus,
Diæq; legis orbitam haùd prementibus.
Tesqvis reducit hos ab impiis viam
In regiam *lucis* omnium *clarissima*,
Phœbusq; vitæ CHRISTUS, cùm ipse liqverit
Vitale lumen in *lychnucho stipitis*.
Est mortuorum *stipes* hic certissimam
Fulcrum & *columna* cui, qvot olim è putidis
Tumbis cupiscunt excitari ad gaudia
Vitæ beatæ, innitier par est fide.
Est *clavis horti amœnioris*, qvem rei
Prævaricando in orbe primi occluserant
Hic ut patescat denuò, *Vicarie*
Mentite CHRISTI, adulterinâ nòn tuâ
Clave indigemus; sed, Petro qvam tradidit

Apo-

Apostolisq; cæteris *Natus DEI*
Et sedulis verbi ministris omnibus.
Concludo tandem. *Stipes* hic verè cluit
Vitæ arbor immensis adaucta viribus
Eóo in horto à seculo indè consita
Ter proferens fructus qvaternos, mensibus
Novis videlicet novellos singulis.
Hujusce fructus stipitis, se excludere
Ni forsan extremè improbus qvis mavelit,
Constat homulos concernere omnes, Alitum
Qvis nos & omnes additi cœlestium
Choro fruemur perpetim & lætabimur.
Namq; actio CHRISTI in nefandum stipitem
Amplissimi spes orbis est certissima.
Cui verò pagano, procove Væ Jovis,
Scurræ, vel Empæctæ securo dogmatum
Cœlestium *crux Christiana* lusus est,
Risus merus, dolus, jocusq; & fabula
(hæc ipsa cùm fidelium sit gloria
Crux, pœna & infidelium); is dispendio
Cum maximo salutis olim viderit
Cum Turco, Apellà, Vaticano & Væjove,
Quisnam sit ille, lanceæ cujus latus
Compunxerint, ductive vilipendio
Ad nomen ejus, (proh!) salivam ejecerint
Ex ore spurcam. Verùm amor quos acriùs
Urit DEI, crux hisce non est scandalo,
Non nauseæ, non risui, dementiæ,

Sed gloriæ laudiq; longè maximæ,
Suasq; fulminante Forte sæviter
In hanc salutis unicè spes collocat.
Dii favoris fulciat nos gratia,
Ut, fonte qvotqvot abluti nævos sacro
Tractos Adamo nostra CHRISTO nomina
Sacravimus, *crucem* geramus abditam
In intimo cordis recessu, clausulam
Ad usq; vitæ beatam, & vi lytri
In hacce pro nobis soluti cœlicis
Choro fruamur cum beato gaudiis.

Comparatio Arboris vitæ & Crucis CHRISTI.

JESUM à Crucis trunco intuere pendulum
Curâ salutis tangeris qvi seriâ.
Hic *stipes* est, qvo *Natus* expiat DEI
Lapsæ ruinas gentis humanæ graves,
Pœnis nigri duris dum Averni subtrahit.
Erroris hic nos liberat Cocytiâ
A cœcitate plane inextricabilis,
Celsi coruscæ reddit & flammæ poli.
Hic stipes omnibus extitit dispendio,
Idem una terris omnibus salus fuit.
Hoc Protoplasti sunt supergressi Patris
Mandata summi; Impleta sunt & hoc DEI
Ipso Patris verenda jussa. Orbi intulit

Fru-

Fructus necem letalis hujus perpetem,
Hic destinatis reddidit vitam neci.
Æstum hic Patris sævum supremi incenderat,
Hic ejus irarum cor œstro fluctuans
Emolliit. Verè ergò felix stipes es,
Et ceteris fœcundior, fructu expias
Vetus recente dùm scelus, nomen tibi
Fructu à suâvi qvale erit? posito dehinc,
Natura qvem dedit, rigore, fertilis
Præ ceteris habeto nomen arboris.

Devotus Amandus CHRISTO patienti compatitur, & in Judæorum sævitiam invehens queritur.

Propago viperina, duris rupibus
Prognata Caucasi, orta nòn Judâ pio!
Eheu! cruentæ bestiæ, ursis ac lupis
Immaniores, trucibus & leonibus!
Qvis vos (malum!) qvis impulit furor, tumet
Qvonam furoris pectus æstro percitum,
Agnellum ut illum *mansuë tum, innoxium.*
Prænobilem piam, atq; clarum duplici
Ortu, fuit qvo nemo in orbe pulcrior
Ab ore cujus melle Nectar dulcius
Fluxit merum, post tanta totq; tormina
Manusq, distentum, pedes & æreis
Clavis foratum dederetis (heu!) neci

In horâ Sapientiæ l. 1. c. 15.

Ma-

Manusq; vestras tingeretis illius
Cruore sancto, cæde Vatum lubricas?
O si, *benigne mi* DEUS, celsam crucem
Tunc adstitissem proximus, cùm sputa, fel,
Corona, Crux, Arundo, Sannæ, Lancea
Clavi atq; pugni temet infandæ neci
Darent, Apellæ ut impiæ compassio
Qvæ defuit, fuisset in memet tuo
Impleta famulo, nemo planè ne foret
Agni doleret qvi vices innoxii.
Sanè integrâ salvâq; si mortalium
Gentis redemptione qvìsset transigi,
Animam dedissem pro tuâ lubentius
Lubentiâ salute, tu ut liber fores,
Eheu cruentæ bestiæ, feris lupis
Ursisq; torvis, trucibus & leonibus
Ferociores. Viperarum semine
Prognata proles rupibusq; Caucasi,
Lumbis Iudææ seminata non pii!

Precatio loco Epilogi.

Benigne JESU, suavitate suavior,
Omniq; dulcitate dulcior, Patris
Corde patuli orbis ante exordium sate,
Splendor Paternæ gloriæ, Orbis Phosphore,
E scrinio tibi solvo grates pectoris,
Dignare mortis qvod tuo pro Servulo
Immitem obire formulam erectâ in cruce,
Vilis-

Vilissimis qvondam gravem latronibus;
Tormenta corde da meo nunqvam excidant
Tuæ crucis, sed jugiter vivam memor
Illius, ut, cùm mors caput circum volat
Umbrâ cavâ, pectus pavor nòn occupet;
Sed vulnerum memor tuorum colligam
Cor, atq; celsi transeam ad sedes Poli
Beatiores cum Latrone dextero.
Succurre qvæso debili atq; languido,
Vitæ labantis ultimâ me respice
Sub clausulâ clemèns. Tuum verbum ultimum,
Qvod voce clarâ, at osculillo fatus es
Hiante, rugis ac arato jugitèr,
Sit & mihi lucem relicturo ultimum
Verbum, atq; linguæ cùm flagellum, ob organa
Vi læsa mortis, farier nihil potest,
Suspiriis aurem admove mitem meis,
Animam & tui lytro redemptam sanguinis
Pulcra ad poli transfer theatra cæruli.
Melos tibi sic dulce JESU concinam
Patriq; *Flaminq;* cum cœtu pio.

INDEX
Vocum & Rerum.

A.

ABsona humanitati: *aliena ab* 18
Abyssus: *vorago fundo carens* 4
Achariſtia: *ingratitudo* 36
Aconitum: *venenum lethale* 13. 89
Ædes aurium pateſcant: *auſcultes* 7
Ædes aurium vacivas locare: *auſcultare* 8
Aithales: *ſemper-florens* 62
Alaſtor: *homo ſceleſtus* 9
Albanus: *Duc de Alba, Gubernator Belgii cruentus* 15
Alexipharmacum: *antidotum, arcens venenum* 168
D. *Amandus Chriſto compatitur* 170
AntiRex: *opponens ſe Regi* 19
Antiſtes Cleri: *princeps Sacerdotum* 12
Hipponenſis: D. *Auguſtinus* 99
Antiſthenes baculo Diogenem ferit 6
Apella: *carens pelle, præputio, Judæus* 72
Apex: *litera, accentuum nota* 10
Apiſtia: *incredulitas* 36
Apithia: *contumacia* 37
Apollinis *poëſis* 124
Apologia pro Jeſu 130. *ſeq.*

Assecla: *comes* 6
Auditor comparatur brutis ruminantibus 10
Aula, Sycophantis credens, plures necat, quam mors 95
Ausa diæ indolis: *miracula divina* 36

B.

BIga virûm: *duo discipuli* 10
Bona SS. Trinitati communia 41 42
Bosporus: *mare angustum prope Constantinopolin* 121
Brabeum: *præmium victoriæ* 24
Brabevtes: *distribuens præmia victoriæ* *ib.*
Brutus: *imbecillis* 118

C.

CAcurgus: *noxius* 41
Calantica: *tegmen capitis muliebre* 120
Calo: *servus militaris* 115
Calumniæ vis 131
Cancellarius S. sancti Ternionis: Filius Dei 4
Canis degener nunquam capit lepores 8
Caput rotare: *sæpius movere* 13
Catharma: *piaculum, victimæ* 123
Catastrophe: *lætus exitus* 43
Cathedra: *sella concionatoria* 17
Chelys: testudo 113
Chremata: *opes, facultates* 164
CHRISTUS *nascitur homo nos redempturus* 5
gigas geminæ substantiæ 6
tacuit coram Caipha 96
Herode 98

Pilato 99
provocat ad auditores 97
colaphum non fert tacitus 98
cur Pilato non responderit 99. seq.
ab aterno est 99
orat pro persequutoribus 113
matrem Johanni & hunc illi commendat 115
cur dedignetur matrem nomine matris 116
patitur animâ & corpore 119
formosissimus hominum 124
derelictum se clamitat 148
Sitit ib.
alloquitur nos à cruce 150
commendat Patri Spiritum 151
debellat infernum 154
cur venerit in mundum 17
solatur discipulos. 18.39.40
petita exaudire promittit 23
CHRISTI oves audiunt ejus vocem 24
conceptio miraculosa 122
vita tota, passio 60.123
miracula consideratu digna 6
precatio ardens pro discipulis 49
Christiani fastidiunt verbum Dei 7
Christiani nomine indignus 8
Character gnelius: imago genuina, vera 5
Christiani amici Christi 32.33
excommunicantur, necantur 38.39

Chry-

Chrysurgus : *aurifaber* 10
Cocytius : *infernalis* 14
Comparatio Christi, Moysis & Eliæ dissimilis 5
Crucis & arboris vitæ 171
Conscientiæ vis 90
Consummatum est 150
Cor ab omni labe purum amat Deus 8
Cor hominis tumidum & timidum 80
Cordis à Sp. S. inhabitati signum 11
Crepo : glorior 35
Cryterion : signum indubium 11.24
Cupes : alienæ mensæ sectator 26
Cynthius : Sol 147
Cynthii aureum cubile : Oriens 11

D.

DÆdalus : *artificiosus* 10
Dadatim : *invicem dando, è manu in manum, à pila lusoribus* 109
Deaster : *non-deus, idolum* 4
Deastrorum vix nulla 4
Decas Cæsarum, Ecclesiæ persecutorum 15
Decoctor : nihil curans 93
Deus fortior hostibus 18
veritenax 57
neminem rejicit 59.157
pœnitentes non repudiat 145
Deliberata diu bene succedunt 57
Depalmo : *palmâ percutio* 85

Diabolus veterator: *impostor* 74
Dialogismus hominis & Christi 159
Diana: *Luna* 147
Diana noctiluca: *Luna noctu lucens* 93
Dice: Justitia. 147
Dilectio legis impletio 32
legum omnium perfectissima 34

E.

Ecclesia non tota interit 83
Ecclesiæ veræ immixti hypocritæ 83
Eclipsis præternaturalis 146
Ecphrasis: *interpretatio* 12
Elias terris subtractus 5
Elimino: *extermino, ejicio* 18
Ellychnium: *faniculus stuppeus, mediæ interjacens candelæ* 89
Empæcta: *illusor, irrisor* 37
Endogressus: *ingressus, Lucr. l. 1. v. 83.* 23
Endoperia: *imperia* Endoperator, *Lucr. l. 4. v. 963.* 124
Enthens: *divinus* 24
Erinnys Ibera: *Lojola, Jesuitæ* 14
Expatro: *patro* 15
Expulvero: *à sordibus purgo* 8

F.

Facinus omnium atrocissimum 11
Falernum: *vinum Campanum, pro optimo* 8
Ferire rhonchis: *irridere* 100
Fibrillus: *corditus, ex corde* 5

Filii moribus patribus similes 72
Flagrio: flagris dignus 91
Flamen: Sacerdos 113
Fors: fortè, forte-an 12
Fortis: fortunæ 48
Furvus: niger 147
Futatim: profusim 13

G.

GLaucinus: color albus, desinens in viridem 19
Globus: multitudo 43.115
Glomero: complico 5
Gnesius: legitimus 55
Gnosis: cognitio, scientia 56
Grex rasus: Monachi 118
Griphus: sermo obscurus, ænigma 45

H.

HIerosolyma Orbis totius urbs clarissima 11
Historiæ elogium 5
Hodegus: dux viæ 10
Homo causa suæ perditionis 29.64
dolorum Christi 111.112
Hostes innocentiæ Jesu testes 79
Hostes Evangelii verbo Dei impugnandi 76
Hypotyposis Christi patientis 119
in cruce pendentis 125
latronis morituri 141

I.

JESUS cœnam instituit 15.62

lavat discipulorum pedes 16.62
prædicit passionem discipulis 18.62
iens ad Patrem nos non deserit 27 42
diabolum triumphat 28
est vitis: Pater Colonus: nos palmites 28.29
vitam ponit etiam pro hostibus 32
nos elegit: non nos ipsum 33
prædicit ærumnas discipulis 39.43
abitu suo impetrat Sp. sancti missionem 40
dolores parturientis cruciatorum comparat 44
prædicit ascensionem 46
leniter corrigit præsumptionem 47.64.65
prædicit abnegationem fugam 47.63
victor mundi 48
vadit trans torrentem Cedronis 57.59.62
Lazari mortem somno comparat 61
restituit cæco visum ib.
vitat lapidationem ib.
Zachæum telonio evocat ib.
nobilissimus; novit omnia 63
scrutatur corda; odit peccatum 64
Olyvæ comparatur 65
quoad fertilitatem, & medelam 66
quoad prafigurationem 67
quoad durationem 68
sanguinem sudans agonisat ib.
cur secum sumpserit Pet. Jac. Joh. 70
verbo sternit hostes 71.72

discipulos salvoconductu armas 73
Judam alloqvitur 73.74
aurem Malcho restituit 75
volens patitur 74.75
deseritur à discipulis 77
conspurcatur muco 78.79.85.
hinc inde vinctus ducitur 78
induitur purpurâ 84
agnus à molosis agitatur 84
coronâ spinea deformatur 85
accusatur ambitus 89.94
humanum genus de cruce alloqvitur; recenset miracula; & exprobrat Judæis immanitatem 107 seqq.
Jesu passio comparatur cum Martyrum 122
Imago Patris videtur in Filio 22
Ingenium ceræ simile 8
Invectiva in Pilatum 102.103
in Judæos 104.155.171
in Mortem 158
Johannes tutor Mariæ à Jesu datus 116
Joseph typus Christi 143
Judæ Lebbæi ignorantia 25
Judæi promovent nostram salutem 3
non corriguntur 78
crucis supplicium Jesu precantur 87
votis sibi liberis, precant exitium 104.105
Judas vendens Christum, perdit cœlum 59
proditis Christum osculo 73

Judex piis debet favorem, non pœnam 88
Judicis justi officium 103
Judicium extremum 155
Jupiter Romanus: *Papa* 118

L.

LAtria: *cultus, religio* 54
Latro pœnitens 143. seq.
Latro convitians 137 seqq.
Latumia, al. latomia: ergastulum, carcer 13
Lojola Ignatius, *eques Hispanus, fator Jesuitarum* 118
Luridus: *supra modum pallidus* 16
Lychnuchus: *lucernæ sustentaculum* 168

M.

MAchæra: *gladius* 48
Mala domestica majora lacrymis 122
Mare terram alluit, non obruit 5
Mareoticus: *Ægyptius* 98
Maria, selecta Deo Nurus 127
omnium fœminarum afflictissima ib.
Mariæ contemplatio 119. seqq.
Mariæ mucro cor transadigit 125
lamentantis prosopopœia 126
Marpesiæ *cautes. Marpesus mons Insulæ Pariæ, lapide Pario, seu marmore nobilis* 121
Massa auri: *pila* Goldklump 10
Mater Maccabæorum 121
Mater Salomoni supplex facta 123
Mauritii Cæsaris fortuna 121

Ma-

Maximates: Proceres 12
Meta ingenii: vires 4
Miracula Jesu deitatem testantia 152
Velum templi scissum 153
Terræ motus: Petræ scissæ 154
Sepulcra aperta 155
Centurio conversus 156
Sanguinis & aquæ rivus 157
Montes terræ radicibus ligati, in aëre penduli 5
Morus: insipiens, stultus 4
Mors bonorum, 137. malorum. 138
omnibus imminet 138
spiculum perdidit 158
Mundo Jesus se non intuendum dat 25. 35
Mundus Christum spernit 25. 35
odit Christianos 34
non curat vitæ integros ib.
non novet Patrem neq; Filium 35
causam se excusandi non habet 36
Musso: summissè loqvor 42

N.

Nablium: psalterium. cithara 113
Nestoris facundia 124

O.

OEcodespota: Paterfamilias 146
Oecumenicus Soter: universalis Servator 73
Olea laus 66. 67
Oratio pro felici successu 3

pro exulib. verù & verbi conservatione 14
pro dignâ sumptione cœnæ dominicæ 16
Jesu ultima, pralonga 17. seqq.
Pro felici obitu 60
in tentationibus 75
adversus hostes Evangelii 76. 77. 118
oppressi ab hoste 80
amoliens perditionem 82
pro remissione peccatorum 83. 89. 149. 152
pro rectâ administratione Justitiæ 95
adversus dolos dæmonis 142
latronis 144. *agonisantis* 174

P.

PAlmarium: *Victoria* 133
Palmites fructum ferentes 29
Palpito: *moveor: sensim exilio* 18
Pancalos: undeqvaq; bonus 144
Pantocrator: *omnipotens* 123
Panurgus: *fraudulentus* 41
Parastata: *astes, defensor*
Pater fons omnis boni 41
nil negat potenti in nomine Filii 45
Pathe: *affectus* 86
Patres patrati: *Antistites Synedrii* 37
Pax gluten amoris inter Patrem & nos 26
Pectinatim: *instar pectinum, se dentibus mutuò tangentium*
Perdius pernoxq;: *die & nocte* 9 (120
Perduellio: *crimen læsæ majestatis* 95

Pe-

Petrum abnegat Christum 80
respiscit 81
Petri fidentia corrigitur 17
Pilatus *alloquitur Judaos* 85
interpellat eosdem 87
pronunciat Jesum innocentem 88
ex æquo judice fit iniqvus 90 *seqq.*
qværit de origine Jesu 91
plus timet Cæsarem, qvàm Deum 95
abluit manus 102
Pharisæi quid non sint, 12. *quid sint*. 13
Philippus gestit videre Patrem 21
Plasma: *Creatura* 146
Plastes: *Creator* *ib.*
Plebs Regi similis 133, 136
umbræ solari comparatur 133
ludificatur Jesum 134
Poto oblivia: *obliviscor* 63
Præceptorum munia 43
Prævaricor: *ab officio deflecto* 20
Prodigus: *contemptor, vilipendens* 27
Propositio totius operis 3
Proxenera: *Pararius, Conciliator* 20
Proximi errata sunt velanda 16

R.

RAvis: *raucedo* 21
Redhostimentum: *compensatio* 23
Regna stant æqvitate, non rigore 124

Relambo: *Comminiscor*
Renati possunt excidere gratiâ Dei 29.30
recipiuntur, cum resipiscunt ibid.
Requisita ad considerationem passionis 4
Cupiditas discendi 6
Attentio 2
Devotio 10
Rhamnus: *frutex spinosus* 85.125

S.

SAnna: *illusio* 3
Sator rerum: *Creator* 5
Scomma: *convitium, σκῶπτω cavillor* 3
Scissio: *scio* 46
Scorpio: *scutica, cum glandibus plumbeis innexis* 7
Scrinium: arculæ interior pars 11
Sensus, ad plura distracti, nulli vacant 9
Servus & Herus distant 32
Servi & heri fortuna eadem 35
Sinus cœli: cælum ipsum 5
Situs: mortuus 144
Sophos: sapientia, verbum Dei 26
Sorcuma: cumulus, acervus 27
Soter: Servator 73
Sp. Sanctus *vinculum amoris inter Patrem & Filium* 9
explicat omnia obscura de Christo 26
omniscius, futura aperit 4.48
Spira: *laqueus* 85
Stigma: *nota ferro impressa* 33

Stro-

Strophæ: *doli, versutiæ* 48
Svada: *persvasio* 36
Sudes: *Fustis, baculus* 7
Sympathia: *condolentia* 86
Synedrion: *concilium, consistorium* 12
Sutile: *consutum* 15

T.

TAbanus: *insectum pecorib. molestum* 158
Tabo: *sangvine purulento* 120
Tapinosis: *humilitas* 16
Ternio Sacrosanctus: *Trinitas* 4
Terra *pendet in aere* 5
Ter tres Alumnæ Phœbi: *Musæ* 4
Tessera: *symbolum, signum* 74
Testimonium hostis verissimum 97
Tetricus: *severus, tristis* 22
Thais Latia: *Scortum Babylonicum, Papa* 14
Theanthropus: *Deus Homo, Immanuel* 125
Themis: *Justitia* 130
Thomas de via inquirit 20
Thrombus: *gutta, grumus* 71
Timanthe Iphigenia, Lucretia Iphianassa 121
Toparcha: *Pro Cesar* 92
Tubus: *fistula, canalis* 20
Tui: *intueri, aspicere* 102
Tyrannus stygis: *diabolus* 6

V. U.

Vejovis: cui non est vũ juvandi h.l. Papa 169
Veritas raros invenit applausores 14
Verpus: recutitus, Judæus 85
Viam nesciens salutũ nescit] Christum 20
Vicarius Christi mentitus: Papa 168
Victimæ quid significarint 58
Vilipendium: contemptus 12,52
Vindicta privata prohibita 76
Volentia: voluntas 21
Urna: tribunal 91
Vulpes Idumæa: Herodes 80

Z.

ZEmah: germen 13
Zeuxis: pictor nobilis Plin. l. 35. c. 9, 10. 124

FINIS.

ERRATA.

UTi nihil ab omni labe adeo datur purgatum & defæcatum, cui non adhæreat aliqvid mendorum: Ita in libris sive describendis, sive ære exprimendis hoc plerunq; fieri solet, idq; propter Autorum absentiam, & locorum distantiam. Labes itaq; has benevolus lector ita corriget.

		Legat		
IMpete		64.		26.
Mitte		66.		2.
Pristinas		83.		19.
Vitam		134.		27.
inflectier		139.		15.
lupus	*Pag.*	139.	*versu*	28.
choro		148.		8.
torsit		155.		17.
hunc dele		156.		25.
sauciat		158.		1.
Bosra		159.		7.

Faciliora si quæ insunt, qvivis facilè tollet, & literam pro litera substituet. Denuò Vale.


http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn748595748phys_0025

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745856748/phys_0226
DFG


Universitäts Bibliothek
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745856748/phys_0227
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745856748/phys_0228
DFG

ERR

UTi nihil ab omni atur purga-
tum & defæcatur dhæreat ali-
qvid mendorum: Ita describen-
dis, sive ære exprim erunq; fieri
solet, idq; propter sentiam, &
locorum distantiam, ; has bene-
volus lector ita corr

IMpete	Pag.	26.
Mitte		2.
Pristinas		19.
Vitam		27.
inflectier		15.
lupus		28.
choro		8.
torsit		17.
hunc dele		25.
sauciat		1.
Bosra		7.

Faciliora si quæ int è tollet, & lite-
ram pro litera substituet c.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745856748/phys_0229
DFG